u Irtus præceptoris haberi ſolet nec ĩmerito: diligenter ĩ iis: quos erudiendos ſuſcepit: notare diſcrimĩa ĩgeniorum: & quo quenq; natura maxĩe ferat. Nã eſt ĩ hoc ĩcredibilis quædã uarietas: nec potiores animoꝝ pene quã corpoꝝ formæ. Quod ĩtelligi etiã ex ipſis oratoribus põt: q tãtũ ĩter ſe diſtãt genere dicendi: ut nemo ſit alteri ſimilis: q̃uis plurimi ſe ad eoꝝ quos ꝓbãt imitatiõem cõpoſuerĩt. Vtile deĩde pleriſq; uiſũ ẽ: ita quẽq; ĩſtituere: ut ꝓpria naturæ bona doctrĩa fouerẽt. & ĩ id potiſſimũ ĩgenia quo tẽderẽt adiuuarẽt̃: ut ſiqs paleſtræ pitus cũ ĩ aliqđ plenũ pueris gymnaſiũ uenerit: exptus eoꝝ oĩ mõ corpus aĩumq; diſcernat: cui qſq; certamĩ præpãdus ſit: Ita præceptorem eloquentiæ: cũ ſagaciter fuerit intuitus: cuius ĩgeniũ preſſo limatoq; genere dicendi. cuius acri. graui. dulci. aſꝑo. nitido urbano maxĩe gaudeat: ita ſe cõmodatuꝝ ſigulis: ut ĩ eo quo qſq; emĩet ꝓuehat̃: qđ & adiuta cura natura magis eualeſcat. Et ſi ĩ diuerſa ducatur: nec ĩ iis q̃bus minus aptus ẽ: ſatis poſſit efficere: & ea in quæ natus uidetur deſerendo faciat ĩfirmiora. Quod mihi (libera. n. uel contra receptas perſuaſiões rõne ſequẽti ſẽtentia ẽ) in ꝑte ueꝝ uidetur. Nã ꝓprietas ĩgenioꝝ diſpicere ꝓrſus neceſſariũ eſt. in his quoq; certũ ſtudioꝝ facere delectum nemo diſſuaſerit. Nãq; erit alius hiſtoriæ magis idoneus. alius compoſitus ad carmen. alius utilis ſtudio iuris: ut nonnulli rus fortaſſe mittẽdi. Sic diſcernet hæc dicendi magiſter: q̃uo palæſtricus ille curſorẽ faciet: aut pugilẽ: aut luctatorẽ: aliudue quid ex iis quæ ſunt ſacrorum certaminũ. Verum ei qui foro deſtinabitur: nõ ĩ unã ꝑtẽ aliquam: ſed in oĩa quæ ſunt eius opis: etiam ſiqua difficiliora diſcẽti uidebunt̃: elaborandũ ẽ. Nã & oĩno ſupuacua erat doctrina: ſi natura ſufficeret. an ſiqs ĩgenio corruptus ac tumidus: ut pleriq; ſunt: ĩciderit: in hoc eum ire patiemur? aridum atq; ieiunũ nõ alemus: & quaſi ueſtiemus? Nã ſi quædã detrahere neceſſariũ ẽ: cur nõ ſit adiicere cõceſſũ? Neq; ego cõtra naturam pugno. nõ. n. deſerẽdũ id bonũ: ſiquod ĩgenitũ ẽ exiſtimo: ſed augẽdum addendumq; quod ceſſat. An

An uero clarissimus ille præceptor Isocrates.Pro illa particula uero non aduerbium reponendum uidet. Nisi.n.sit negatiua ea interrogatio:uidebitur Fabius negare id quod affirmare intendit.Affirmatiua nanq3 interrogatio ita soluit in negationē:ut negatiua in affirmationē.Hoc autē idē exēplū & Cicero in Bruto refert. Quare hoc inqt doctoris ītelligētis est uidere:quo ferat natura sua quēq3 & ea utētē sic ī stituere: ut Isocratē ī acerrimo ingenio Theopōpi & Lenissimo Ephori dixisse traditū est.Alteri se calcaria adhibere.alteri frenos. Imbecillis tamē īgēiis:sane sic obseqndū sit:ut tamē ī id quo uocat natura ducāt.Tamē pticula iteꝝ ascripta ī tātū ē cōuertēda ut legat:ut tātū ī id quo uocat natura ducant. Si uero liberalior materia cōtigerit.Pro materia mihi natura legēdū uidet. Natura.n.frequēter pro īgenio ponitur.De copioso uero & fœcundo ingenio Fabius uerba facit. Nā licet si aliquā in partē ꝓnior. Sit loco si legendū esse cōstat. Si docēdum pancratiasten susceperit. Pancratiū genus est certaminis:de quo Propertius Puluerulētaq3 ad extremas oat fœmina metas Et patit duro uulnera pancratio.Hinc Pancratiastes qui certaminis illius est peritus appellatur. Nicostratus ut hinc colligimus:& luctator & pugil fuit clarissimus. Nicostratus aūt uictoria exercitus iterptat. νικη.n.uictoria. ϛρατοσ exercitus dicit. Qualis hic fuit luctādo pugnādoq3. Luctari ꝓprie dicunt qui se inuicē cōplectentes alter alteꝝ in terrā deicere nitūtur. Pugnare uero qui pugnis cōtēdūt. Vtroq3 certamine. Et luctæ & pugilū. Nō magis q̄ phonasco acutis tantū aut mediis aut grauibus sonis. Phonascus απο του φωνην ασκειν.hoc est ab exercēda uoce dicit.Phonasci.n.sunt magri curādæ atq3 exercēdæ uocis.

Plura de officiis docentiū locutus. Discipulos admonet Fabius:ut & doctores ament:& se illis dociles præbeant: aliter in studiis ipsos nihil ꝓficere posse. In ipos deniq3 cœtus scholariū læti & alacres cōuēiēt.Scholaꝝ i uocali erasa legat:ne turbæ barbare loquētiū astipulari uideat Quintilianus.Neq3.n.scholaris iuenitur apud quēq̄ latine loquētē quis ipite nūc oēs:q studiis uacāt:uulgo scholares appellēt.Sed latie elegāterq3 loquentes eos scholasticos iuuēes adolescētesue appellāt.freqntiā ergo scholaꝝ accipiamus eā adolescētū multitudinē:q ī scholas cōuenire solet.

In his primis opibꝰ q̄ non ipā pua sūt.sed maioꝝ q̄si mēbra atq3 ptes bene instituto ac satis exercitato iam fere tps appetet aggrediendi suasorias iudicialesque materias.Apparet non appetet legendum esse facile ex

uero clarissimus ille præceptor Isocrates:quē nō magis libri bene dixisse:q̄ discipuli bene docuisse testant:cū de Ephoro atq3 Theopōpo sic iudicaret:ut alteri frenis: alteri calcaribꝰ opus eē diceret:aut ī illo lētiore tarditatē:aut ī illo pene præcipiti cōcitationē adiuuādā docendo existimauit:cū alterū alterius natura miscēdū arbitraretur. Imbecillis tamē īgeniis sane sic obsequēdū sit:ut tamē ī id quo uocat natura ducātur.Ita.n.qd solū possunt melius efficient.Si uero liberalior materia cōtigerit & ī qua merito spē oratoris simus aggressi nulla dicēdi uirtus omittēda ē.Nā licet sit aliq̄ in ptē ꝓnior ut necesse ē:cæteris tamē nō repugnabit:atq3 ea cura paria faciet iis ī qbus emiēbit.Sicut ille ne ab eodē exēplo recedamus:exercēdi corpa pitus nō si docēdū pācratiasten suscepit pugno ferire:uel calce tātū:aut nexus mō:atq3 in his certos aliquos docebit:sed oīa quæ sūt eius certaminis .Erit q ex iis aliqua nō possit:ī id maxīe qd poterit īcūbet. Nam sūt hæc duo uitāda ꝓrsus:unū ne tēptes:qd effici nō possit.Alteꝝ ne ab eo qd qs optīe facit ī aliud cui minus ē idoneus:trāsferas. at si fuerit q docebit ille quē adolescētes senē uidius: Nicostratus oībus ī eo docēdi ptibus similr utet:efficietq3 illū:q̄lis hic fuit luctādo pugnādoq3:quoꝝ utroq3 certamīe iisdē diebus coronabat ī uictū. Et quāto id magis oratoris futuri magistro ꝓuidēdū erit.Nō.n.satis ē dicere presse tātū aut subtiliter aut aspe:nō magis q̄ phonasco:acutis tātū:aut mediis aut grauibus sonis:aut hoꝝ ēt pticulis excellere.Nam sicut cithara ita oro pfecta nō ē nisi ab imo ad sūmū oībus ītēta neruis cōsētiat.

De officio discipulorum.

Plura de officiis docētiū locutus:discipulos id unū iterī moneo:ut præceptores suos non minus q̄ ipsa studia amēt:& pētes eē:nō qdē corporū:sed mētiū credāt.Multū hæc pietas cōfert studio.Nā ita & libēter audiēt:& dictis credēt:& eē similes cōcupiscēt.ī ipsos deniq3 cœtus scholarium læti & alacres cōueniēt.emēdati nō irascēt.laudati gaudebūt.ut sint carissimi studio merebūtur. Nā ut illoꝝ officium ē docere:sic hoꝝ præbere se dociles.alioq neutrū sine altero sufficit.Et sicut hoīs ortus ex utroq3 gignētiū cōfert: & frustra sparseris semina nisi illa præmollitus foueret sulcus: ita eloquētia coalescere neqt:nisi sociata tradētis accipientisq3 concordia.

De utilitate & rōne declamādi.

In his primis opibꝰ quæ nō ipsa pua sūt:sed maioꝝ q̄si mēbra atq3 ptes bene instituto ac satis exercitato iā

ſenſu ipſo percipi poteſt.Hic autem primum colligit Fabius q̃ ſit utilis ratio declamandi atq; exercitatio.De/
inde quædam tradit præcepta ad declamandum pertinentia quæ cum ſint perceptu facillima:nulla īdigere
uidentur expoſitione:niſi ſiquid erroris icidit. Verum ſublatis erroribus clara perſpicuaq; ſunt omnia.Illud
non eſt ignorandum quas nunc declamationes uocamus ante Ciceronem:ut Seneca inquit:Theſis fuiſſe uo
catas:mox declamatões ac controuerſias iudiciales uel ſuaſorias cœpiſſe uocari. Nam magos & peſtilētiā
& reſponſa & ſæuiores tragicis nouercas.Materiæ ſunt declamatoriæ:quas idcirco damnat Fabius:quia ni/
miū a ueris cauſis ſunt alienæ.Ma/
gi nanq; interdum finguntur adhi
biti ad excantandos manes filiorū
qui matribus apparere ſoleant:ꝓ/
pter quod matres malæ tractatio/
nis uiros accuſant.Et ad ſedandam
peſtilentiam fingit Apollo reſpon/
diſſe:ut tres uirgines plureſue imo
lentur.Nouercæ quoq; quæ fere
crudeles finguntur: ſæpenumero
declamantibus materiam prebent
ut apud Quintilianum paries pal
matus.Quidam enim cui erat fili/
us cæcus quem heredem inſtitue/
rat induxit illi nouercam iuuenēq;
in ſecreta domus parte ſepoſuit.Is
noctu dum in cubiculo cum uxo/
re iaceret occiſus eſt. Accuſant ſe
inuicem cæcus & nouerca. Eo
quidem res iſta in culpam docētiū
recidit:ut inter præcipuas quæ cor
rumperent eloquentiam cauſas:li/
centia atq; inſcitia declamantium
fuerit.Pro eo niſi adeo legatur:ſen/
ſus ītegritas non ſeruabitur.Videt
autē Fabius ad ea alludere quæ Pe/
tronius Arbiter in pricipio operis
ſui ꝓſa uerſuq; ſcripti in declama/
tores ſic ait.Cū alio genere furiaꝶ
ingetant declamatores:qui clamāt
hæc uulnera pro libertate excepi.
hūc oculū ꝓ uobis īpēdi.Date mi
hi ducē q me ducat ad liberos me/
os.Nā ſuccisi poplites mēbra nō ſu
ſtinēt.Hæc ipſa tolerabilia eſſent:ſi
ad eloquētiā ituris uiā facerēt.nūc
& reꝶ tumore & ſnīaꝶ uaniſſimo
ſtrepitu hoc tantū ꝓficiūt:ut cū in
foꝶ uenerūt:putent ſe in aliū orbē
terraꝶ delatos:& ideo ego adoleſcē
tulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſi/
mos fieri:qa nihil ex iis quæ in uſu
habemus:aut audiunt aut uident.
Sed piratas cū catenis in littore ſtā
tes:& tyrānos edicta ſcribētes:qbus
imperēt filiis:ut patrū ſuoꝶ capita
præcidāt.Sed reſpōſa in peſtilentia data:ut uirgines tres aut plures imolentur.Sed mellitos uerboꝶ globulos
& omnia dicta factaq; quaſi parauere.Qui inter hæc nutriuntur:non magis ſapere poſſunt:q̃ bene olere qui
in culina habitant.Pace ueſtra dixiſſe liceat primi omnium eloquentiā perdidiſtis. Leuibus enim atq; inani/
bus ſonis ludibria quædam excitando effeciſtis ut corpus orationis eneruaretur atq; caderet.ac reliqua quæ
ſequuntur. Quid?ergo nunq̃ hæc ſupra fidem:& poetica ut uere dixerim:themata iuuenibus pertractare
permittemus? hypophora eſt quæ ab iis fieri poſſet qui opus declamandi diuerſum a forenſibus cauſis pu/
tant:quam ita Fabius ſoluit ut dicat eſſe permittendum eatenus quatenus alatur eloquentia:non corrūpat.
Et q̃ſi in corpus eant?hoc eſt.quaſi pigueſcant? Nā in corpus ire illi dicunt:quoꝶ corpus efficit pigue.Eſt
aūt ſūpta ſimilitudo a pecudibus quæ lætiori pabulo paſtæ in corpus ire ac pigueſcere ſolēt. Sāguinis detra

fere tempus appet aggrediendi ſuaſorias iudicialeſq; mate/
rias:quaꝶ āteq̃ uiam ingrediar:pauca mihi de ipſa declamā
di ratiōe dicēda ſūt:quæ qdē ut ex oībus nouiſſime īuēta:ita
& multo ē utiliſſima. Nā & cūcta illa de qbus dixius:in ſe fe
re continet:& ueritati proximam imaginem reddit. Ideoq;
ita eſt celebrata ut pleriſq; uideretur ad formandam eloquē
tiam uel ſola ſufficere.Neq; enim uirtus ulla perpetuæ dū/
taxat orationis reperiri pōt:quæ nō ſit cū hac dicendi medi/
tatione cōmunis.Eo quidem res iſta in culpam docentium
recidit:ut inter præcipuas:quæ corrumperēt eloquētiā cau
ſas:licētia atq; iſcitia declamantiū fuerit.Sed eo quod natu/
ra bonum eſt:bene uti licet.Sint ergo & ipſæ materiæ quæ
fingētur q̃ſimillimæ ueritati.Et declamatio in quātum ma
xime pōt:imitetur eas actiones:in quaꝶ exercitationē repta
ē.Nā magos & peſtilētiā & reſpōſa:& ſæuiores tragicis no/
uercas:aliaq; magis adhuc fabuloſa fruſtra īter ſpōſiones &
īterdicta quæremus.Quid ergo?Nunq̃ hæc ſupra fidē &
poetica:ut uere dixerī: themata iuuenibus ꝑtractare permit
temus:ut expatientur & gaudeant materia:& quaſi ī corpus
eant?erit optimum.Sed certe ſint grādia & tumida:nō ſtul/
ta etiam:& acrioribus oculis intuēti ridicula:ut ſi iam cedē/
dum ē:impleat ſe declamator aliquādo:dū ſciat:ut quadru
pedes cum uiridi pabulo diſtētæ ſunt:ſanguinis detractati/
one curātur:& ſic ad cibos uiribus conſeruandis idoneos re
deunt:ita ſibi quoq; tenuandos adipes:& quicquid humo/
ris corrupti contraxerit:emittēdum:ſi eē ſanus ac robuſtus
uolet.Alioqui tumor ille inanis primo cuiuſcunq; ueri opis
conatu deprehēdetur.Totum autē declamandi opus qui di
uerſū omnino a forēſibus cauſis exiſtimāt:Hi profecto ne
rationē quidē qua iſta exercitatio inuēta ſit peruidēt.Nā ſi
foro non præparat:aut ſcenicæ oſtētatiōi:aut furioſæ uoci/
ferationi ſimillimum eſt. Quid enim attinet iudicem præ
parare:qui nullus eſt?Narrare quod omnes ſciant falſum?

probatiões adhibere causæ: de qua nemo sit pnũciaturus? Et hæc quidem ociosa tãtum. affici uero & ira uel luctu permouere: cuius est ludibrii? nisi quibusdam pugnæ simulacris ad uerum discrimen aciéq; iustam consuescimus? Nihil ergo íter forense genus dicẽdi: atq; hoc declamatorum ítererit? si profectus gratia dicimus nihil. Vtinãq; adiici ad cõsuetudiem posset: ut nomibus uteremur: & perplexe magis & lõgioris aliquãdo actus cõtrouersiæ fingerẽtur. Et uerba in usu quotidiano posita minus timeremus: & iocos íserere moris esset: quæ nos q̃libet per alia in scholis exercitati simus: tyrones in foro inueniunt. Si uero in ostentationem comparetur declamatio: sane paululum aliquid íclamare ad uoluptatem audientium debemus. Nam & in iis actionibus: quæ in aliqua sine dubio necessitate uersantur: sed sunt ad popularem aptatæ delectationem: quales legimus Panegyricos: totumque hoc demonstrationum genus: permittitur adhibere plus cultus: omnemque artem: quæ latere plerunque í iudiciis debet: non confiteri modo sed ostentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio quoniam est iudiciorum cõsiliorumque imago: similis eẽ debet ueritati. quoniam autem aliquid í se habet epidicticon: nõ nihil sibi nitoris assumere. quod faciunt actores comici: qui nec ita prorsus: ut nos uulgo loquimur: pronũciãt: quod esset sine arte: nec tamẽ procul a natura recedũt: quo uitio periret imitatio sed morem communis huius sermonis decore quodam scænico exornãt. Sic quoque aliqua nos ícommoda ex iis quas finxerimus materiis: cõsequentur: í eo præcipue q multa in his relinquuntur incerta: quæ sumimus: ut uidẽtur ætates: facultates. liberi. parẽtes. urbium ipsarum uires. iura. mores. alia his similia. Quin aliquãdo etiam argumẽta ex ipsis positiõum uitiis ducimus. Sed hæc suo quæque loco. Quãuis enim omne propositum operis a nobis destinati eo spectet: ut orator ístituatur: tamen ne quid studiosi requirãt: etiam siquid erit quod ad scholas pertineat proprie: in transitu nõ omittemus.

An artis necessaria cognitio.

i Am hinc ergo nobis incohanda est ea pars artis: ex qua capere initium solent: qui priora omiserũt. quãq̃ uideo quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi: qui nihil egere eiusmodi præceptis eloquẽtiam putent: sed natura sua & uulgari modo: & scholarum exercitatione contẽti: rideant etiam diligentiam nostram exemplo quoque magni nominis professorum: quorum aliquis: ut opinor: inter-

ctatione. ta syllaba erasa detractio/ne legatur. Nihil ergo inter forẽ se genus dicendi atq; hoc declamatorum interierit. Vt declamatoriũ legatur loco declamatorum í littera est ascribenda. Est autem altera obiectio quæ fieri posset: quam ita Fabius soluit: ut asserat nihil interesse si profectus gratia declamatur. Sin ad ostentationem: nõ nihil differre concedit. Vtinamque adiici ad consuetudinem posset ut nominibus uteremur. Posset alicui uideri Fabius id optare: sine quo ne declamare quidem aliquis potest. Quo nanque modo declamatio sine nominibus fiat? An propriis quidem nominibus quæ apud priscos sola nomina dicebantur: declamatores non utuntur: sed duntaxat appellatiuis? qualia sunt. Rusticus. Orator. Magus. Poeta. Medicus. Pater. Filius. nouerca. & similia

Sane paululũ aliqd inclamare ad uoluptatem audiẽtium debemus. Inclinare quidam legendum putãt Sed inclamare sensui magis mihi q̃ inclinare uidetur. Is enim ad uoluptatem auditorum inclamare dicitur: qui & poetica themata eligit: & in eloquendo maxime lasciuit: & in pronunciando ita uocem tollit ut uere inclamare uideatur. Nam & in iis actionibus: quæ sine dubio in aliqua necessitate uersantur. Pro necessitate in uetusto exẽplari emẽdate legitur ueritate hoc modo. Nã & in iis actionibus quæ in aliqua sine dubio ueritate uersantur. Panegyrici autem dicũtur orationes in conuentu populi habitæ. Nam πανηγυρισ hoc est panegyris trãsfertur conuentus. απο του παντοσ αγυρειν: hoc est ab omnibus cõgregãdis. De laudibus uero Athenarum orationes in conuentu populi Atheniẽsis habebant qui panathenaici panegyrici dicunt. Quoniam uero nõ nihil in se habet epidicticon: nonnihil sibi nitoris assumere. Epidicticon ostẽtatiuum ac demõstratiuum interpretatur. Nã επιδειγνυω unde uenit: significat ostento ac demonstro. Si quoq; in aliqua nos incõmoda ex iis quas finxerimus materiis consequẽtur. Sic ascripta. c. littera est legendum atq; in præpositio ut superflua uideatur eradenda. Sed hæc suo q̃q; loco. Quæq; legendũ esse nemo non uidet. In transitu nõ omittemus. In transcursu id quod alii obiter dicunt. Nam Fabius quod meminerim: nunq̃ obiter utitur.

i Am hĩc ergo nobis. Necessariã eẽ artẽ ad eloquẽtiã assequẽdã apte demõstrat Quĩtilianus. Quoq;

aliquis iterrogatus quid esset schema & noema nescire se quidem. Schema figura Noema omnis dici potest sententia. Cæterum Fabius ipse in octauo quatenus accipiatur noema: aperte exponit. Est iquit & quod appellatur a nouis noema qua uoce omnis intellectus accipi pōt. Sed hoc noīe donarūt ea quæ nō dicunt: uerum intelligi uolūt: ut in eum quem sæpius a ludo redemerat soror agentem cum ea talionis: quod ei polli cem dormiēti recidisset Eras dignus ut hæres integram manū. Sic enim auditur ut depugnares. Alius percōtāti Theodoreus an Apollodoreus esset: ego iquit parmularius sū. Theodorus gadareus q Rhodius malu it appellari: & Apollodorus Byzantius clarissimi rhetores fuere: quorum sectatores ad morē sectæ philosophorum Theodorei atq; Apollodorei sūt uocati. Parmularius aūt dr̄ parmarum hoc ē scutorū faber. Sētētiis grādibus. Sētētias hoc loco Fabius uocat lumina quædā orōnis præcipueq; in clausulis posita: ut nihil ē tā populare q̄ bonitas. Velut classico istictu. i. stincti hoc est cōcitati legē dū eē patet. Classicū aūt dr̄ sonitus tubarum. Metaphora uero ē a militibus sūpta q tubarum sonitu ad pugnā icitāt. Nā ut barbari & serui. loco illius ut pticulæ: & copula scribat. sic. n. exigit sensus. E hoc qdē negaueri. Clare adeo cās exponit: qbꝫ artis iperiti fortius ptis dicere uident: ut facile citra oēm expōnē pcipi possint: cū pserti fere absint errores. Quia libentissime hoīes audiunt ea quæ ipi dicere uoluisset.

rogatus quid esset schema & noema: nescire se quidē: sed si ad rem ptineret esse i sua declamatiōe respondit. Alius percōtanti theodoreus an appollodoreus eēt: ego īquit pmularius sū. nec sane potuit urbanius ex cōfessiōe iscitiæ suæ elabi. porro hi qa & beneficio īgenii præstātes sūt habiti: & multa etiam memoria digna exclamauerūt: plurimos habēt similes negligētiæ suæ. paucissimos naturæ. Igitur & ipetu dicere se: & uiribus uti gloriantur: Nec. n. opus eē probatione aut dispositiōe in rebus fictis: sed cuius rei gratia plenum sit auditorium sētentiis grādibus: quarum optima quæq; a periculo petitur. Qui etiam ī cogitando nulla ratione adhibita: aut tectum ītuētes magnū aliqd: quod ultro se offerat: pluribus sæpe diebus expectāt: aut mur mure īcerto: uelut classico īstincti cōcitatissimum corporis motū nō enunciādis: sed quærendis uerbis accōmodāt: Nōnulli certa sibi initia priusq̄ sēsum inuenerīt destinant: quibus aliquid diserti subiungendum sit: eaq; diu secum ipsi clareq; meditati desperata cōnectēdi facultate deserunt: & ad alia deinceps: atq; īde alia nō minus communia atq; nota diuertūt. Qui plurimum uidentur habere rōnis: nō in causas tātum laborem suum: sed ī locos ītēdūt: atq; iis nō corpori pspiciūt: sed abrupta quædam: ut forte ad manū uenere iaculātur. Vnde fit ut dissoluta: & ex diuersis cōgesta orō cohærere nō possit: similisq; sit cōmentariis puerorum ī quos ea quæ aliis declamātibus laudata sūt regerūt. Magnas tamen sētētias & res bonas (ita. n. gloriari solent) elidunt. nā ut barbari & serui: & si hoc sat est: nulla est ratio dicendi.

Quare īeruditi īgeniosiores uulgo habeantur.

n E hoc quidē negauerim sequi plerūq; hanc opinionem: ut fortius dicere uideantur īdocti: primum uitio male iudicatum: q maiorem habere uim credunt ea: quæ nō habēt artem: ut effringere q̄ aperire. rumpere q̄ soluere. trahereq̄ ducere putant robustius. Nā & gladiator qui armorum inscius ī rixam ruit: & luctator qui totius corporis nisu in id quod semel iuasit īcumbit: fortior ab his uocatur cum interim & hic frequenter suis uiribus ipse prosternitur: & illum uehementis impetus excipit aduersarii mollis articulus. Sed sunt in hac parte quæ imperitos etiam naturaliter fallant. nam & diuisio cū plurimum ualeat ī causis speciem uirium minuit. & rudia politis maiora: & sparsa compositis numerosiora creduntur. Est præterea quædam uirtutum uitiorūq; uicinia: qua maledicus pro libero. temerarius pro forti. effusus pro copioso accipitur. Maledicit autem īeruditus apertius & sæpius: uel cum periculo suscepti litigatoris: frequenter etiam suo. Affert & ista res opinionem: quia libentissime homīes audiūt ea quæ ipsi dicere ualuissent. Illud quoque alterum quod est ī elocutiōe ipsa periculum mīus uitat: conaturq; perdite. Inde euenit nonnūq̄ ut aliquid grande inueniat: qui semper quærit quod nimiū est: uerum & raro euenit: & certa uitia non pēsat. propter hoc quoq; interdum uidentur īdocti copiam habere maiorem: quod dicūt oīa. doctis est & electio & modus. His accedit: quod a cura docēdi quod intēderint recedūt. Itaq; illud quæstionum & argumētorū apud cor

rupta iudicia frigus euitãt:nihilque aliud q̃ quo uel prauis uoluptatibus aures assistentium permulceant quærunt. Sententiæ quoq; ipsæ quas solas petunt:magis eminẽt:cum omnia circa illas sordida & abiecta sũt:ut lumĩa nõ ĩter umbras quemadmodum Cicero dicit:Sed plane in tenebris clariora sint. Itaque ingeniosi uocentur ut libet: dum tamen constet contumeliose sic laudari disertum. Nihilominus confitẽdũ est etiam detrahere doctrinam aliquid:ut limam rudibus & cotes hebetibus:& uino uetustatẽ. sed uitia detrahit. atq; eo solo minus est quod litteræ perpolierunt:quo melius: Verum hi pronunciatione quoque famam dicẽdi fortius quærunt. Nam & clamant ubique & omnia leuata ut ipsi uocãt manu emugiunt multo discursu. hanelitu. iactatione. gestu. motu capitis furentes. Iam collidere manus. terræ pedem ĩcutere. fœmur. pectus. frõtem cedere:mire ad pullatum circulum facit:cum ille eruditus:ut in oratione multa summittere. uariare. disponere:ita etiam in pronũciando suum cuiq; eorum quæ dicet:colorẽ accommodare actum sciat. & siquid sit perpetua obseruatione dignum modestus & esse & uideri malit. At illi hanc uim appellant:quæ est potius uiolentia. Cum interim non actores modo aliquos inuenias:sed quod ẽ turpius:præceptores etiam:qui breuem dicẽdi exercitationem consecuti omissa ratiõe:ut tulit impetus: passim tumultuentur:eosq; qui plus honoris litteris tribuerunt:ineptos & ieiunos & trepidos & infirmos:ut quodq; uerbum cõtumeliosissimum occurrit appellent. Verum illis quidẽ gratulemur sine labore sine ratione sine disciplina disertis. Nos quãdo & præcipiendi munus iampridem deprecati sumus & in foro quoque dicendi:quia honestissimum finem putamus desinere:dum desideraremur:ĩquirendo scribẽdoq; talia cõsolemur ocium nostrum:quæ futura usui bonæ mẽtis iuuenibus arbitramur:nobis certe sũt uoluptati.

Quis modus in arte.

n Emo aũt a me exigat id præceptorum genus:quod ẽ a plerisq; scriptoribus artiũ traditũ:ut quasi quasdã leges immutabili necessitate conscriptas studiosis dicẽdi ferã. Vtiq; prohœmium:& id quale. proxima huic narratio: quæ lex deinde narrandi. propositio post hãc:uel ut quibusdam placuit excursio. tum certus ordo quæstionũ: cæteraq; quæ uelut si aliter facere fas nõ sit:quidã tãquam iussi sequũtur. Erat enim rhetorice res ꝓrsus facilis ac parua:si uno breui præscripto contineretur. Sed mutantur pleraq; causis. tẽporibus. necessitate. occasione. Atque ideo res in oratiõe præcipua cõsilium ẽ:quia uarie & ad rerum momẽta cõuertit.

o uocali in a cõuersa fortasse legendum est. ut potuissent intelligamus. Et certa uitia non pensat. Cætera non certa mihi legendum uidetur. Qui enim quærit quod nimiũ est:nihil alia uitia curat. Itaq; illud quæstionum & argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant. Cur argumentorũ frigus uocat Quintilianus? An q̃a apud corrupta iudicia qui ea tractant rideri atq; refrigerari solent? Nam ut in quinto Fabius ipse scribit:quidam argumẽta uelut horrida & confragosa uitantes amœnioribus locis desident: neq; aliter q̃ ii qui traduntur a poetis gustu cuiusdam apud lotophagos graminis & Sirenum cantu deliniti uoluptatẽ saluti prætulisse dũ laudis falsam imaginem persequuntur:ipsa propter quam dicitur:uictoria cedũt. Mire ad pullatum circulum facit. hoc est. ualde pullatorum coronæ conuenit. Sed quem uocat Fabius circulum pullatum? An plebeiorum pullis uestibus indutorꝝ multitudinem oratori causam agenti circũfusam? Qui enim semper clamat:manus collidit. pedem terræ incutit. & reliqua ĩter agẽdũ quæ a Fabio enũciãtur:temere facit:is plebeis ineruditisque fortissime uehementissimeque dicere uidetur:ut nunc inter disputandum qui magis clamant:a uulgo maximi philosophi reputant. At illi hanc uim appellant quæ est potius uiolentia. Vis dicendi est facultas dicendi: quæ græce δυναμισ dicitur. Violentia uero ratione caret ac semper in malam accipitur partem. Ineptos & ieiunos & trepidos & infirmos. Tepidos erasa. r. littera sensus ĩtegritas ut legatur exposcit. Nos quando & præcipiendi munus & iam pridem deprecati sumus. Et copula iterato ascripta uidetur eradenda. Significat autem Fabius se & docendi finem fecisse & causas in foro agendi. Præcipere nanque docere est. Vnde & præceptores ii uocantur qui & doctores.

n Emo autem a me exigat id præceptorum genus. Quẽ modum in tradendis præceptis seruaturus sit Fabius:perspicue ostendit. Quæ nanque traditurus est præcepta nulli uult esse obnoxia necessitati:sed ex utilitate causæ mutari posse. Propositio post hanc uelut quibusdam placuit excursio. uel:ut particulæ hypodiastoles nota sunt distinguendæ:ne similitudinis aduerbium esse uideat. De his

Quid enim si præcipias imperatori quotiens aciem instruet.dirigat frontem. cornua utrinque promoueat. equites pro cornibus locet? erit hæc quidem rectissima fortasse ratio quotiés licebit.Sed mutabitur natura loci:si mons occurret si flumen obstabit.collibus.siluis.alia asperitate aliqua ꝓhibebitur.Mutabit hostiũ genus.mutabit præsẽtis cõditio discrimis:nũc acie directa.nũc cuneis.nũc auxiliis.nũc legiõe pugnabitur.nonnunq̃ terga etiam dedisse simulata fuga ꝓderit.Ita prohœmium necessarium:an superuacuum:breue an longius.ad iudicem omni sermone directo:an aliquãdo auerso per aliquam figuram dicendum sit:constricta an latius diffusa narratio.continua an diuisa.recta an ordine permutato causæ docebunt.Item de quæstionum ordine: cum in eadem controuersia aliud alii parti prius quæri frequenter expediat.Neque enim rogationibus plebis uescitis sãcta sũt ista præcepta:sed hoc qcquid est utilitas excogitauit.Nõ negabo autem sic utile esse plerunque.Alioquin nec scriberem:uerum si eadem illa nobis aliud suadebit utilitas: hanc relictis magistrorum auctoritatibus sequemur.Eqdẽ id maxime præcipiam:ac repetẽs iterumque iterumque monebo Res duas in omni actu spectet orator.quid deceat.quid expediat.Expedit autem sæpe mutare ex illo constituto traditoque ordine aliqua:& interim decet:ut in statuis atque picturis uidemus uariari habitus.uultus.status.Nam recti q̃dem corporis uel minima gratia ẽ. Neque enim aduersa sit facies:& demissa brachia:& iũcti pedes:& a summis ad ima rigens opus.flexus ille &:ut sic dixerim:motus dat actũ quẽdam & factum.Ideo nec ad unum modum formatæ manus & ĩ uultu mille species:cursum habẽt quendam & impetũ: sedent aliæ uel incumbunt:nuda hæc:illa uelata:sunt quædam mixta ex utroque.Quid tam distortum & elaboratũ q̃ est ille discobolos myronis? Siquis tamen ut parum rectũ improbet opus:nonne ab intellectu artis abfuerit:in qua uel præcipue laudabilis ẽ illa ipsa nouitas ac difficultas? Quã quidem gratiam & delectationem afferunt figuræ quæque in sensibus:quæque in uerbis sunt. Mutant etiam aliquid a recto:atque hanc præ se uirtutem ferunt:quod a consuetudine uulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota facies:Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit:ut amissi oculi deformitas lateret. Quid? non ĩ oratione operienda sunt quædam siue ostendi non debent: siue exprimi pro dignitate non possunt? ut fecit Timãtes:ut opinor:Cythnius in ea tabula qua Coloteiũ uicit.Nam cũ ĩ

aũt oĩbus orõnis ꝑtibus plene ĩ.iii ac.iiii uolumine Fabius tractabit

Quid enim si præcipias imperatori.quotiens aciem ĩstruet.dirigat frontem. Acies exercitusq; sic fere instruitur ad pugnam:ut duo cornua habere uideatur dextrum & sinistrum:quæ frõtem directam ab utraq; parte muniãt:ut scribit Vegetius de re militari. Cum in eadẽ controuersia aliud alii parti prius quæri frequenter expediat. Fabius ĩ septimo hoc declarat æschynis.atq; Demosthenis exemplo.Nã Ctesiphontis accusator æschynes a iure quo uidebatur potentior cœpit.Demosthenes eiusdem patronus omnia uel pene oĩa ante ius posuit. Non enim rogationibus plebisue scitis sãcta sũt ista præcepta. Rogationes leges dicuntur: quod patricio rogante magistratu ueluti consule eas populus constituerat. Plebiscitum autem est quod plebs plebeio magistratu interrogãte ueluti tribuno sciscebat.hoc est statuebat.Plebs autem a populo differt. populi nanq; appellatione uniuersi ciues significantur.plebis uero appellatione præter patricios & senatores cæteri ciues intelligunt. Sancta.munita ac cõfirmata. Sancire nanq; est approbare atq; confirmare.Vnde & res sãcte dicũtur:quarum uiolatores pœna capitis puniuntur:& legum eas partes quibus pœna statuit aduersus eos:qui contra legem fecerit:sanctiones uocãt iurisconsulti. Neq; enim aduersa sit facies & demissa brachia & iũcti pedes:& a summis ad ima rigẽs opus.Hic sensus difficulter percipitur.quia mendis carere non uidetur.Quæ facile tollerentur si quod exemplar integrũ inueniretur.Sed loco illius neque forsitan est legendum æque.Videtur nanque exponere Fabius quo modo recti corporis uel minima gratia sit.Si enim æq; aduersa sit facies & æq; demissa brachia statuæ alicuius: oĩ grã carebit. Quid tã distortũ & elaboratũ q̃ ille Discobolos myronis. Discobolos a d uerbũ trãsfert discũ iaciens ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον nanque dicitur:hoc est:a iaciendo disco.Discus autem est genus uasis latioris.& lapis planus ac rotundus cuius iactu in aerem prisci ludentes exercebantur.De hoc uero Myronis Discobolo meminit Plynius libro trigesimoquarto naturalis historiæ. Vt fecit Timantes:ut opinor Cythnius ĩ ea tabula qua Co

Ephigeniæ imolatione pinxisset tristem Calcantem.tristiorem Vlyssem.addidisset Menelao quem summum poterat ars efficere mœrorem consumptis affectibus:non reperiens quo digne modo patris uultum possit exprimere: uelauit eius caput:& suo cuiusque animo dedit æstimandū.Nōne huic est illud simile Salustianum:Nam de carthagine tacere satius puto:q̄ parū dicere.Propter quæ mihi sēper moris fuit:q̄ minime alligare me ad præcepta: quæ καθολικα uocant: idest ut dicamus quomodo possumus: uniuersalia uel perpetualia.Raro enim reperitur hoc genus ut non labefactari pte aliqua:& subrui possit.Sed de his plenius suo quicque loco tractabimus.Interim nolo se iuuenes satis instructos siquem ex iis: qui breues plerunque circunferunt artis libellum edidicerint:& uelut decretis technicorum: tutos putent.multo labore.assiduo studio.uaria exercitatione.pluribus experimentis.altissima prudentia.præstantissimo consilio constat ars dicendi.Sed adiuuatur his quoque:si tamen rectam uiam non unam orbitam monstrēt:qua declinare qui crediderit nefas:patiatur necesse ē illam per funes ingredientium tarditatem.Itaque & stratum militari labore iter sæpe deserimus compendio ducti:& si rectum limitem rupti torrentibus pōtes inciderint:circumire cogemur:& si ianua tenebitur īcendio per parietem exibimus.late fusum opus est:& multiplex:& prope quotidie nouum.& de quo nunq̄ dicta erunt omnia.Quæ sint tamen tradita:q̄d ex iis optimum::& siqua mutari.adiici.detrahi melius uidebitur dicere experiar.

Diuisio totius operis.

r Hetoricen in latinum transferentes tum oratoriam tū oratricem nominauerunt:quos equidem non fraudauerim debita laude:quod copiam romani sermonis augere tentauerunt.Sed non omnia nos ducentes ex græco sequuntur:sicut ne illos quidem quotiens suis utique uerbis signare nostra uoluerunt:& hæc interpretatio non minus dura est q̄ illa Plauti essentia atque entia:sed ne propria quidē.Nā oratoria sic effertur:ut elocutoria.oratrix:ut elocutrix.Illa autem de qua loquimur:rhetorice talis est qualis eloquētia Nec dubie apud græcos quoque duplicem intellectum habet.Nāque uno modo fit appositum ars rhetorica:ut nauis pyratica:altero nomē rei:q̄lis ē philosophia.amicitia.Nos ipsā nūc uolumus significare substātiā:ut grāmatice lr̄atura ē nō lr̄atrix:quēadmodū oratrix:nec lr̄atoria quēadmodum oratoria.Ve℞ ī rhetorice nō fit.Nō pugnemus igit̄:cū

loteium uicit.Castigate in antiquo exemplari scriptum animaduerti Coloten teium.Colotes nanque pictor fuit Teius.Est autem Τεωσ urbs Ioniæ.unde Teius Anacreon quoque Iamborum scriptor dicitur.Timantes uero Cythnius fuit.Cythnos enim una est ex cycladibus a Cythno primo habitatore sic dicta.Appellatur autem etiam ophiusa ac Dryopis.Vnde cythnius possessiuum ut Caseus cythniuſ & pictor cythnius.De Timante autem sic scribit Plynius libro trigesimo quīto naturalis historiæ.Nam Timanti uel plurimum affuit ingenii.Eius enim est iphigenia oratoris laudibus celebrata : qua stante ad aras peritura cum mœstos pinxisset omnes præcipue patruū: cum tristiciæ omnem imaginem cōsumpsisset:patris ipsius uultum uelauit quem digne non poterat ostendere.Coloten uero a Timante ea tabula fuisse superatum minime ait Plynius:Sed graphidē alioqui clarissimum pictorē Sami magnis suffragiis ob ipsius insolētiam ī Aiace armorumque iudicio a Timante fuisse uictum scribit. Propter quæ mihi semper moris fuit q̄minime alligare me ad præcepta: quæ καθολικα uocant. Minime cum sit negādi aduerbium: minus recte cum illa particula q̄ uidetur copulari.Fere enim cum superlatiuo connecti eleganter solet.Quam minimum igitur mihi legendum uidetur:eoque magis quod & si raro:non nunq̄ tamen Fabius se uniuersalibus abstringit præceptis καθολικα autem uniuersalia proprie transferuntur. Et uelut decretis Technicorum tutos putent.Technici απο τησ τεχνησ:hoc est:ab arte dicuntur latine artifices:qui breuiter ac compendiose artium præcepta tradunt: Itaque & stratum militari labore iter sæpe d̄serimus.Militares uiæ sūt dictæ quod a militibus sternerentur:quales fuerūt Flaminia æmylia Appia.

r Hetoricen in latinum trāsferentes.Rhetoricen apte in latinum transferri non posse:idcircoq; nobis græco nomine esse utendum concludit.ac rhetorices ipsius diuisionem subiungit. Sed nōn omnia non ducentes ex græco sequuntur.Iterum ascripta negatio eradenda est ac nos pronomen eius loco ascribendum:ut

sit nos ducentes. Nam certe si physicos & geometras dicam: nec uim afferam his nominibus indecora in latinum sermonem mutatione. Hic sensus confusus mihi uidetur: nec quid sibi uelit percipitur: q̃uis incorruptus plerisque uideatur: qui hunc contextum mendis carere putantes nunq̃ corrigere aggressi sunt. Sed nisi ea particula si expungatur ac loco illius & copula reponatur: nunq̃ integer sensus elicietur. Vt omittam q̃ & musicos in uetusto legimus exemplari hoc modo. Nam certe & physicos & musicos & geometras dicam. Hoc autem Fabii dictum diligenter notent: qui nominibus græcis uti reformidant. ac naturales q̃ physicos dicere malunt. Denique cum. M. Tullius etiam ipsis librorum quos de hac re primum scripserat: titulis græco nomine utatur. Duo solum extant Ciceronis libri de arte rhetorica inscripti: in quibus diffuse de inuentione tractatur. De his uero hoc loco Quintilianus intelligit. Nam rhetoricam ad Herẽniũ Ciceroni falso ascribi cum aliis argumentis quæ superius in trãscursu attigimus: tum quod Fabius nũq̃ de illa mentioné facit minime taciturus: si Ciceronis id opus fuisse existimasset. Ars erit quæ disciplina præcipi debet. Percipi scribendum est. Nam artes discendo percipimus atq; consequimur. Opus quod efficitur. est uerbum uidetur ascribendum. ut legatur opus est quod efficitur ab artifice.

præsertim multis alioquin græcis sit utendum. Nam certe si physicos & geometras dicã: nec uim afferam his nominibus indecora in latinum sermonem mutatione. Denique cũ. M. tullius etiam ipsis librorum: quos de hac re primum scripserat: titulis græco nomine utatur: profecto non est uerẽdum ne temere uideamur oratori maximo de nomine artis suæ credidisse. Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillatiõis utemur hac appellatione) sicut opinor: optime diuidetur: ut de arte. de artifice. de ope dicamus. Ars erit quæ disciplina percipi debet. ea est bene dicendi scientia. Artifex ẽ qui percipit hanc artem: idest orator: cuius est summa bene dicere. opus quod efficit̃ ab artifice idest bona oratio. Hæc omnia rursus diducuntur in species. Sed illa sequẽtia suo loco: Nũc quæ de prima parte tractanda sunt ordiar.

Quid sit rhetorice: & q̃s eius finis.

a Nte omnia quid sit rhetorice: quæ finitur quidẽ uarie: sed quæstionem habet duplicem. aut enim de qualitate ipsius rei: aut de comprehensione uerborum dissensio ẽ. Prima ac præcipua opinionum circa hæc differẽtiaq;. alii malos quoque uiros posse oratores dici putãt: alii quorum nos sententiæ accedimus: nomen hoc artemque de qua loquimur: bonis demũ tribui uolunt. Eorum autem qui dicendi facultatem a maiore ac magis expetenda uitæ laude secernũt: quidam rhetoricen uim tantum. quidam scientiã sed non uirtutem. quidã usum. quidam artem quidem: sed a scientia & uirtute disiunctam. quidam etiam prauitatem quandam artis idest κακοτεχνίαν nominauerunt. Hi fere aut in persuadendo: aut in docendo apte ad persuadendum positum orandi munus sunt arbitrati. id enim fieri potest ab eo quoque qui uir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis rhetoricen esse uim persuadendi. quod ego uim appello: plerique potestatem. nonnulli facultatem uocãt: quæ res ne quid afferat ambiguitatis: uim dico dynamin. Hæc opinio originẽ ab Isocrate: si tamen re uera ars quæ circunfertur eius est duxit. Qui cum longe sit a uoluntate isamãtium oratoris officia: finem artis temere comprehendit: dicens esse rhetoricen persuadendi opificẽ id est πειθοῦς δημιουργόν Neque enim mihi permiserim eadem uti decli-

a Nte omnia quid sit rhetorice quæ finitur quidẽ uarie. Finire ac definire idem interdum significant ut finis & definitio: q̃q̃ finis summum ac ultimum etiam significet: quod græce τέλος dicitur. Nam quando pro definitione ponitur ὅρος uocatur. Aut enim de qualitate ipsius rei. aut de comprehensione uerborum dissensio est. Alii bonã. alii malam artem oratoriã esse dicunt: sicque circa rei qualitatem dissentiũt. Alii pluribus. alii paucioribus eam uerbis definiunt. itaq; in comprehẽsione uerborum sunt discordes: ut clare paulopost patebit. Hi fere aut in persuadendo. aut in docendo aperte ad persuadẽdum. Videtur quidem plerisque sic esse integer sensus. Sed non sine mendis est. Nam neque docendo legẽdum est sed dicendo. neque aperte sed apte. siue apposite. Nam nonnulli dixerunt finem rhetorices esse dicere apposite ad persuadẽdum: ut inferius patebit. Si tamen re uera ars quæ circunfertur eius est. Cicero in libro de oratore testat̃ se nunq̃ Isocratis artem uidisse. Quare Fabius quoque merito de eã dubitat. πειθοῦς δημιουργόν. πειθώ dea fingitur esse persuadendi: de qua in Bruto sic Cicero ait. Pitho quam græci uocant: cuius effector est orator.

Hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse uult. ut quam deam in Pericli libris scripsit Eupolis sitam esse: huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Qua Ennius. M. Cethegum suadam medullam uocat. Ennii uersus a. M. Tullio in Bruto repetiti hi sunt. Additur orator Cornelius suaui loquenti ore Cethegus Marcus: Is dictus ollis popularibus olim Qui tum uiuebant homines atque euum agebant. Flos delibatus populi Suada medulla. Verum & pecunia persuadet & gratia. Definitio omnis ita demum est propria definitæ rei: si cum ea conuertatur: ac nulli alii rei conuenire possit. ut definitio hominis nulli alii q̄ homini conuenire potest. Quod si ita est: huiusmodi definitiones non erūt bene assignatæ: cum alia quoque præter oratorē persuadeant: quod multis exemplis Fabius ipse comprobat. Nam & Marcum Aquilium defendens Antonius. De. M. Aquilio hæc refert. T. Liuius. M. Aquilius consul in Sicilia bellum seruile concitatum cōfecit. Is cum de pecuniis repetundis causam diceret: ipse rogare iudices noluit. M. Antonius qui pro eo orabat tunicam a pectore eius discidit: ut honestas Cicatrices ostenderet. quibus conspectis indubitanter absolutus est. Cicero eius rei solus auctor. In secundo quidem de oratore libro hoc narrat Cicero. Sed apertius adhuc septima in uerrem actione sic dicēs: Venit enim mihi in mētem in iudicio. M. Aquilii quantum auctoritatis: quantum momenti oratio. M. Antonii habuisse existimata sit: qui ut erat in dicendo non solum sapiens: sed etiam fortis: causa ppe perota ipse arripuit. M. Aquilium: constituitque in conspectu omnium: tunicamque eius a pectore abscidit: ut cicatrices populus Romanus iudicesq; aspicerent aduerso pectore exceptas. Simul & de illo uulnere: quod ille in capite ab hostium duce acceperat: multa dixit eoque adduxit eos: qui erant iudicaturi: uehementer ut uererent: ne quem uirum fortuna ex hostiū telis eripuisset: cum sibi ipse non pepercisset: hic nō ad populi Romani laudem: sed ad iudicum crudelitatem uideret esse seruatus. Sergium quidem Galbam. Cum. L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset: ut Lusitani qui in fœdere populi Romani dediti a Sergio Galba in Galliam uenissent: in libertatem restituerentur. M. Cato eam acerrime suasit. Extat oratio in annalibus eius inclusa qua Fuluius Nobilior etiam ab eo in senatu laceratus. Respondit ipse Galba: qui cum se damnari uideret: complexus duos filios prætextatos & filium Galli Sulpitii: cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se locutus est: ut ea rogatio antiquaretur. Et Phrynen non Hyperidis actione. Phryne meretrix fuit Athenis. quæ impietatis accusata ab Hyperide clarissimo illius ætatis oratore fuit defensa. A quo non dissentit Theodectes siue ipsius est id opus quod de rhætorice nomine eius inscribitur. siue ut creditum est Aristotelis. Merito dubitat Fabius. Nam opus illud dono sibi ut caro discipulo ab Aristotele datum: sub nomine quidem suo edidit Theodectes. Sed Aristoteles cupiditate gloriæ ductus non potuit sibi id non uendicare: cum diceret sibi de rhetoricis præceptis in Theodectis libris diligentissime scriptum esse.

natione: qua Ennius. M. Cethegum suadam medullam uocat. Apud platonem quoque Gorgias in libro qui nomine eius inscriptus est: idem fere dicit: sed hanc Plato illius opinionem uult accipi non suam. Cicero pluribus locis scripsit oratoris officium esse dicere apposite ad persuadendum. In rhetoricis etiam quos sine dubio ipse non probat: finem facit persuadere. Verum & pecunia persuadet & gratia & auctoritas dicentis & dignitas: postremo aspectus etiam ipse sine uoce: quo uel recordatio meritorum cuiusque: uel facies aliqua miserabilis: uel formæ pulchritudo sententiam dictat. Nam &. M. Aquilium defendens Antonius: cum scissa ueste cicatrices: quas is pro patria pectore aduerso suscepisset ostendit: non orationis habuit fiduciam: sed oculis populi romani attulit uim: quem illo ipso aspectu maxime motū in hoc: ut absolueret reum: creditum est. Seruium quidem Galbam miseratiōe sola: qua non suos modo liberos paruulos in concione produxerat. Sed galli etiam Suplicii filium suis ipse manibus circumtulerat: elapsū esse: cum aliorū monumentis: tum Catonis oratione testatum est. Et Phrynen non Hyperidis actione q̄q̄ admirabili: sed conspectu corporis: quod illa speciosissimū alioqn diducta nudauerat tunica: putant periculo liberatam: quæ si omnia persuadent nō est hic de quo locuti sumus: idoneus finis. Ideoque diligētiores sunt uisi sibi: qui cum de rhetorice idem sentirent: existimarunt eam uim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias ī eodem de quo supradiximus libro: uelut coactus a Socrate facit: a quo nō dissētit Theodectes: siue ipsius id opus est: quod de rhetorice: nomine eius inscribitur: siue ut creditum est Aristotelis: in quo est finem eē rhetorices: ducere homines dicendo in id quod actor uelit. Sed ne hic quidem sa-

Persuadent enim ducendo: uel ducunt in id quod uolunt alii quoque. Dicendo non ducendo est legendum. Eadem autem ratione hæc definitio cõfutatur: qua & superior qđ uidelicet aliis etiam quã rhetoricæ conueniat. At contra non persuadet semper orator. Definitio ita affixa est rei definitæ: ut ab ea nunq̃ separari possit: ut Definitio hominis nunq̃ ab homine separat. Homo enim est semper animal rationale mortale. Definitio uero finisque rhetorices si psuadere eẽ dicat̃ iterdũ ab ea seperat̃. Interdũ.n. dicendo non persuadet. Relinquitur ergo persuadere non esse rhetorices idoneum finem.

Et sententiam suam retinere in id quod uelit Emendate in aliis exemplaribus legitur. Et sententiam eius ducere in id quod uelit. Illud enim est persuadere. Hermagoræ qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere & alii sunt. Aliis ut legatur ac sunt uerbum eradatur sensus exposcit

Non iisdem tamẽ uerbis explicant. Quibusdã quidem tamen particula sensui conuenire uidetur. Sed mihi certum est tantum esse legendum. ut sit Non iisdem tantum uerbis. Cautius Theodorus Gadareus. A Gadaris urbe iudeæ Gadareus fuit appellatus. Cum autem diutius Rhodi esset professus: Rhodius uocari maluit. Eum cum in illam insulam secessisset: studiose audisse dicit̃ Tiberius Cæsar. Popularẽ autem comprehendendo persuasionem. Tan

tis est comprehensum. persuadent enim dicendo: uel ducũt ĩ id quod uolunt alii quoque ut meretrices. adulatores. corruptores. At contra non persuadet semper orator: ut ĩterim nõ sit proprius hic finis eius. interim sit cõmunis iis qui ab oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine abest Appollodorus: dicens iudicialis orationis primum & super omnia esse persuadere iudici: & sententiã suam retinere in id quod uelit. Nam & ipsum oratorem fortunæ subiicit: ut si nõ persuaserit: nomen suum retinere non possit. Quidam recesserunt ab euentu: sicut Aristoteles qui dicit: rhetorice est uis inueniendi omnia in oratione persuasibilia. Qui finis & illud uitium: de quo supra diximus: habet: & ĩsuper ꝙ nihil nisi iuentionem complectitur quæ sine elocutione non est oratio. Hermagoræ qui finem eius eẽ ait: persuasibiliter dicere & alii sunt qui eandem sententiam: non iisdem tantum uerbis explicant: ac finem esse demostrant: dicere quæ oporteat omnia ad persuadendum: satis responsum est: cum persuadere non tantum oratoris esse conuicimus. Addita sunt his alia uarie. Quidã enim circa res omnes. quidam circa ciuiles modo uersari rhetoricen putauerunt: quorum uerius utrum sit in eo loco: qui huius quæstiõis propius est dicam. Omnia subiecisse oratori uidetur Aristoteles: cũ dixit uim esse dicendi: quid ĩ quaque re possit esse persuasibile. Et Patrocles qui non quidem adiicit in quaque re: sed nihil excipiendo idẽ ostendit: uim enim uocat inueniendi: quod sit in oratione persuasibile: qui fines & ipsi solam complectuntur inuentionem. Quod uitiũ fugiens Theodorus uim putat inueniendi & eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione: sed cum eodem modo credibilia quo psuasibilia etiam non orator inueniat: adiiciendo in omni oratione magisq̃ superiores concedit: scelera quoque suadẽtibus pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonem suadendi se artificem in iudiciis: & & aliis cœtibus esse ait. De iustis quoque & ĩiustis tractare: cui Socrates persuadendi non docendi concedit facultatem. Qui uero nõ omnia subiiciebant oratori solicitius ac uerbosius: ut necesse erat: adhibuerunt discrimina: quorum fuit Ariston Critolai peripateci discipulus: cuius hic finis est. scientia uidendi & agendi iu quæstionibus ciuilibus per orationem popularis persuasionis. hic scientiam quia peripateticus est: non ut stoici uirtutis loco ponit. popularem autem cõprehendendo persuasionem etiam cõtumeliosus est aduersus artem orandi: quam nihil putat doctis persuasuram. Illud de omnibus qui circa ciuiles demum quæstiones oratorem iudicant uersari: dictum sit: excludi ab iis plurima oratoris officia: illam certe laudatiuam totam: quæ est rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadareus: ut iam ad eos ueniamus: qui artem quidem esse eam: sed non uirtutem putauerunt. Ita enim dicit: ut ipsis eorum uerbis utar: qui hoc ex græco transtulerunt: ars inuentrix & iudicatrix & enunciatrix decente

ipsius de iis libris iudiciũ fuerit: supra dixi. Sunt.n. uelut regestæ in hos cõmentarios: quos adolescens deduxerat schola: & siqua est ĩ his culpa tradẽtis ẽ: siue eũ mouit: quod Hermagoras prĩa ĩ hoc loco posuit exẽpla ex quæstiõibꝯ iuris: siue qđ græci πραγματικούσ uocãt iuris ĩterpretes. Sed Cicero qdem his pulcherrimos illos de oratore substituit. Ideoq; culpari tanq̃ falsa præcipiat: nõ põt: nos ad Hermagorã. trãslatiõnẽ hic primus oĩum tradidit: q̃q̃ semina eius quedã citra nomẽ ipsum apud Aristotelẽ repiunť. legales ãt quæstiones has fecit: scripti & uolũtatis: quã ipse uocat κατα ρητον και υπεξαιρεσιν .i. dictũ & exceptionem: quoꝶ prius ei cũ oĩbus cõmune est: exceptiõis nomen minus usitatũ. rõcinatiuũ. ãbiguitatis. legum contrariaꝶ. Albutius eadẽ diuisione usus detrahit trãslationẽ subiiciens eã iuridiciali. In legalibus quoq; quæstionibus nullũ putat eẽ q̃ dicať rõcinatiuus. Scio plura ĩuenturos adhuc q legere ãtiquos studiosius uolẽt. Sed ne hæc quoq; excesserint modũ uereor. Ipse me paulũ ĩ alia q̃ prius habuerĩ opinione nũc esse cõfiteor. Et fortasse tutissimũ erat mõ famæ studentẽ nihil ex eo mutare: quod multis ãnis nõ sensissẽ mõ: ueꝶ etiã approbassẽ. Sed non sustineo eẽ cõscius mihi dissimulãti ĩ eo præserti ope: quod ad bonoꝶ iuuenũ aliquã utilitatẽ cõponimus: ĩ ulla pte iudicii mei. Nã & Hippocrates clarus arte medicinæ uideť honestissime fecisse: quod quosdã errores suos ne posteri errarẽt: cõfessus ẽ. Et. M. Tullius nõ dubitauit aliquos suos libros iã editos: aliis postea scriptis ipse dãnare. Sicut Catullũ atq; Lucilium: & hos ipsos de qbus mõ sũ locutus: artis rhetorices. Etenĩ supuacuus foret ĩ studiis longior labor: si nihil liceret melius inuenire præteritis Neq; tamẽ ex his qcq̃ quæ tũ præcepi supuacuũ fuit. Ad easdẽ.n. pticulas hæc quoq; quæ nũc præcipiã reuertẽť. Ita neminẽ didicisse pœnite at. Colligeř tãtũ eadẽ ac dispoeř paulo significãtius conor: oĩbꝯ ãt satisfactũ uolo: nõ me hæc serius demõstrare aliis: q̃ mihi ipsi psuaserĩ. Secũdũ pluriõs auctores seruabãt tris rõnale status cõiecturã. finitionẽ. q̃litatẽ. unũ legalẽ. Hi mihi status generales erãt. Legalẽ ĩ q̃nq; spẽs ptiebar. scripti & uolũtatis. legũ cõtrariaꝶ. collectiuũ. ãbiguitatis. trãslationis. nũc q̃rtũ ex generalibus ĩtelligo posse remoueri. Sufficit.n. prĩa diuisio q̃ dixĩus alios legales: alios rõnales eẽ. ita nõ erit status: sed quæstionũ genus: alioqn & rõnalis status eẽt. Ex his ẽt quos speciales uocabã: řmoui trãslationẽ: frequẽter qdẽ sicut oẽs q̃ me secuti sũt: memisse possũt testatus. Et ĩ ipsis ẽt illis sermõibꝯ me nolẽte uulgatis: tamẽ hoc complexus uix ĩ ulla cõtrouersia trãslatõis statũ posse řpiri: ut nõ & alius in eadẽ řcte dici uidereť. Iõq; a qbusdã eũ exclusũ: neq; ignoro multa trãsferri: cũ ĩ oĩbꝯ feř causis ĩ qbꝯ cecidisse qs formula dř: hæ sint q̃ões. an huic. an cũ hoc. an hac lege. an apđ hũc. an hoc tpe liceat ageř. Et siq̃ sũt talia: sed psoæ tpa. actiões. cæteraq; pp aliq̃ cãm trãsferunť. Ita non ẽ in translatione quæstio sed in eo propter quod transferuntur. Non debes apud prætorem petere fidei cõmissũ: sed apud cõsules: maior.n. prætoria cognitiõe sũma est. Q uæriť an maior sũma sit. facti cõtrouersia est: cus. Atq; ĩ nřa iqt cõsuetudine multis de causis fit: ut rarius ĩcidãt trãslatões. Nã ex ptoriis exceptiõibꝯ multæ excludunť actões: & ita ius ciuile habemus cõstitutũ: ut a causa cadat is q nõ queadmodũ oportet egerit.

Sť.n. uelut res gestæ ĩ hos cõmẽtarios quos adolescẽs deduxerat schola. uideo qđẽ hũc locũ eẽ corruptũ: Sed quonã pacto emẽdari possit mihi nõ liq̃t. nisi forte regestæ & scholæ ut ẽ ĩ uetusto legať a regerẽdo hoc ẽ a reponẽdo. Quo mõ ut legamus ipius Fabii adducor auctoritate. q ĩ priore libro sic ait. Vnde fit ut dissoluta & ex diuersis cõgesta oro cohærere nõ possit. similisq; sit cõmẽtariis pueroꝶ ĩ quos ea q̃ aliis declamãtibꝯ laudata sũt: regerũt. Regestæ igř res sťq̃s uel legẽdo uel audiẽdo colligimus atq; in cõmẽtarios digerimus: quos qdem nõ multũ hře auctoritatis satis cõstat. Talia sť q̃ nũc uulgus barbare registra appellat. Nã & hippocrates clarus arte medicinæ uř honestissime fecisse: qđ quosdã errores suos ne posteri errarẽt: cõfessus est. Cor. Celsus sic de Hippocrate in viii. inqt. A futuris se deceptũ eẽ Hippocrates memoriæ pdidit more. s. magnoꝶ uiroꝶ & fiduciã magnarũ reꝶ hẽntiũ. Nã leuia ĩgenia qa nihil habẽt: nihil sibi đtrahũt Magno ĩgenio multa q; nihilominus hitu ro cõuenit ẽt simplex ueri erroris cõfessio.

Sicut Catullũ atq; Lucillũ. Dialogi sť Cicerõis q nõ extãt. Neq; ignoro multa trãsferri cũ ĩ oĩbꝯ fere causis ĩ qbus cecidisse qs formula dř hæ sit q̃õnes. Ex scđo Cicerõis rhetorico facile apparet qđ sibi uelit hic locus.

Cognitor.n.fieri nõ potuisti. Qui aliũ desẽdit in iudicio ut inqt Asconius Pædianus: aut patronus dr: si orator ẽ: aut aduocatus: si aut ius suggerit: aut psentiã suã cõmodat amico. aut pcurator si negociũ suscipit. aut cognitor si psentis cãm nouit: & sic tuet ut suã. Trãslatio nõ hẽt quæstionẽ de q̃ cõtendit orator sed ppter quã cõtendit. Etsi ab oĩbus propter legit: mihi tamẽ minus sẽsui cõuenire uidet. Si.n.translatio hẽt quæstionẽ ppter quã cõtẽdit orator: nimirũ ipa p se cẽt status: qd qdẽ apte negat Quĩtilianus. Quare p loco ppter uel oĩbꝫ quæ qdẽ ego uideri refragãtibꝫ exẽplaribus mihi legẽdũ uidet. Habet.n. quæstionẽ trãslatio p quã cõtẽdit orator de pricipali quæstione: qd qdẽ apte quæ sequunt exẽpla indicant. Similr nõ recte ago. Intẽtio accusatoris ptermissa mihi uidet ascribẽda hoc mõ. Nõ recte agis: quã excipiat depulsio: recte ago. Ergo trãslatiuũ causæ genus & ut cõparatiuũ & mutuæ accusatõis. Hic sẽsus ut mihi qdẽ uidet est corruptus atque iis quæ colligũt a Fabio cõtrarius Si.n.translatiuũ causæ genus ẽ ut comparatiuũ & mutuæ accusatõis: quæ relatio crimĩs dr nõ ne ut illa p se erit status? Quare sic emẽdãdũ puto: ut non pticula negatiua ascribat acẽ loco & copulæ legat: hoc mõ. Ergo trãslatiuũ causæ genus nõ ẽ: ut cõparatiuũ & mutuæ accusatiõis. At.n.simile est illi ius hẽo. Hypophora quæ fieri posset ab iis: q sẽtiũt trãslatõnẽ p se eẽ statũ. ex q̃ manifeste colligit id qd dixi: nõ negatõnẽ supiori sẽsui uel refragãtibus exẽplaribꝫ ascribẽdã. Hæc rursus iuridicialis cãs & rõnali pte & legali cõtinet

non licet tibi agere mecũ. cognitor.n. fieri nõ potuisti. Iudicatio est: an potuerit. nõ debuisti interdicere: sed petere. an recte interdictũ sit ambigit: quæ oĩa succedũt legitimis quæstiõibus. An nõ præscriptiones ẽt ĩ qbus maxĩe uidet manifesta trãslatio easdem oẽs spẽs habent: quas hæ leges qbus agitur: ut aut de noĩe aut scripto & sẽtentia uel rõcinatiõe quærat: deĩde status ex quæstiõe oriat. Trãslatio nõ habet quæstiõem: de qua cõtendit orator: sed ppter quã cõtẽdit: hoc aptius. Occidisti hoĩem. nõ occidi. quæstio an occiderit. status coniectura. nõ ẽ tale. Habeo ius actiõis: nõ habes: ut sit quæstio an habeat & ĩde status. accipiat.n. actionẽ nec ne ad euentũ ptinet: non ad cãm & ad id quod pnũciat iudex: nõ id ppter quod pnũciat. hoc illi simile ẽ: puniendus es. nõ sum. uidebit iudex an puniẽdus sit. Sed nõ hic erit quæstio: nec hic status. Vbi ergo? puniendus es. hoĩem occidisti: nõ occidi: an occiderit. honorãdus sũ. nõ es. nũ statũ habet? nõ ut puto: honorãdus sũ: qa tyrãnũ occidi: nõ occidisti: quæstio & status. Similr nõ recte ago: nõ habet statũ. Vbi ẽ ergo? nõ recte agis ignominiosus: quærit an ignominiosus sit: aut an agere ignominioso liceat: & quæstiões & status. ergo trãslatiuũ genus causæ est: ut cõpatiuũ & mutuæ accusatiõs. At.n.simile ẽ illi ius habeo: ius nõ habes: occidisti: recte occidi. nõ nego: sed nec hic res statũ facit. Nõ.n.sũt ppõnes: alioq cã nõ explicabit: sed cũ suis rõnibus: scelus cõmisit Horatius. sororẽ.n.occidit. nõ cõmisit: debuit.n.occidere eam quæ hostis morte mœrebat: quæstio an hec iusta cã: ita qualitas: at similiter ĩ trãslatione. nõ habes ius abdicãdi: qa ignominioso nõ ẽ actio. habeo ius: qa abdicatio actio nõ est: quærit qd sit actio. finiemus: non licet abdicare syllogismus. Itẽ cætera p oẽs & rõnales & legales status. Nec ignoro fuisse quosdã q trãslationẽ ĩ rõnali quoqꝫ genere ponerent: hoc mõ. hoĩem occidi iussus ab ĩperatore. dõa templi cogẽti tyrãno dedi. deserui tẽpestatibus. fluminibus. ualetudĩe impeditus. i. nõ p me stetit: sed p illa a qbꝫ etiã liberius dissentio. Nõ.n.actio transfert: sed cã facti: quod accidit pene ĩ oĩ defensiõe. Deĩde is q tali utit patrocinio: nõ recedit a forma qualitatis. Dicit.n.se culpa uacare: ut magis qualitatis duplex rõ facienda sit: altera qua & factũ defendit: altera qua tãtũ reus. Credẽdũ ẽ igit iis quorꝫ auctoritatẽ secutus ẽ Cicero: Tria eẽ quæ ĩ oĩ disputatiõe quærant an sit. qd sit. quale sit: quod etiã ipsa nobis natura præscribit. Nã primũ oportet subesse aliqd de quo ãbigit: qd qd sit: & q̃le sit: certe nõ põt æstimari: nisi prius esse cõstiterit. Ideoqꝫ ea prima quæstio: sed nõ statim quod eẽ manifestũ: etiã quid sit apparet. hoc quoqꝫ cõstituto nouissima qualitas superest. nec his exploratis aliud est ultra. His infinitæ quæstiones: his finitæ continẽtur. Horum aliqua ĩ demonstratiua. deliberatiua. iudiciali materia utiqꝫ tractant. Hæc rursus iuridicialis causas & rõnali parte & legali continet. nec enim ulla iuris disceptatio: nisi finitione: qualitate: cõiectura põt explicari. Sed ĩstituentibus rudes: non erit inutilis latius primo fusa ratio: & si non statim rectissima linea tensa: facilior tamẽ & apertior uia. Discant igitur ante omnia quadripartitam in omni-

bus causis esse rationem: quam primam ītueri debeat qui acturus est. Nam ut a defensore potissimum incipiam: longe fortissima tuendi se ratio est: si quod obiicitur: negari potest. proxima si non id quod obiicitur factum esse dicitur. tertia honestissima: qua recte factum defenditur: quibus si deficiamur: ultima quidem sed iam sola superest salus aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine: quod nec negari: nec defendi potest: ut nō uideat̄ iure actio ītēdi. Hinc illę quæstiones: siue actionis siue trāslationis. Sūt enim quædā laudabilia natura: sed iure cōcessa: ut in xii. tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiauit: & aliquid æquū: sed prohibitū iure: ut libertas testamentorum. Accusatori nihilo plura ītuenda sūt: q̄ ut ꝓbet: factū esse. hoc eē factū. nō recte factū. iure se ītendere. Ita circa species easdē lis oīs uersabit̄ translatis tātū aliquādo partibus: ut ī causis quibus de premio agitur. recte factū petitor ꝓbat. Hæc quattuor uelut proposita formæq; actionis: quæ tum generales status uocabam: in duo ut ostendi genera descendunt rationale: & legale. Rōnale simplicius est: quia ipsius tantum naturæ contemplatione constat. Itaq; in eo satis est ostendisse coniecturā. finitionem. qualitatem. legalium plures sint species necesse est: ꝓpterea ꝙ multæ sunt leges: & uarias habent formas. alia est cuius uerbis utimur. alia cuius uoluntate. alias nobis cum ipsi nullā habemus adiūgimus. alias īter se cōparamus. alias in diuersum interpretamur. Sic nascuntur hæc uelut simulacra ex illis tribus: interim simplicia: interī & mixta: ꝓpriā tamē faciē ostēdentia: ut scripti & uoluntatis: quæ sine dubio aut qualitate aut cōiectura cōtinētur: & syllogismos q̄ ē maxīe qualitatis: & legis contrariæ: quæ iisdē quibus scriptū & uolūtas constat αμφιβολια quæ sēp coniectura explicat̄. finitio quoq; utriq; generi: quodq; reꝝ: quodq; scripti cōtemplatione cōstat: cōmunis est. Hæc oīa etiam si in illos tres status ueniunt: tamē q̄a ut dixi habent aliquid uelut ꝓprium uidētur demōstranda discentibus: & ꝑmittēdū ea dicere uel status legales: uel quæstiones: uel capita quædam minora: dū sciāt nihil ne in his quidē præter tria quæ prædiximus quæri. At q̄tū: & q̄multū: & ad aliq̄d: & ut non nulli putauerūt cōparatiuos: non eandē rōnem habere. Sunt enī hæc nō ad uarietatē iuris: sed ad solā rationem referenda. Ideoq; semper in parte aut coniecturæ aut qualitatis ponenda sunt: ut qua mente & quo tempore & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstiōibus: cū tractare præcepta diuisiōis cœperimus. Hoc īter oēs cōuenit: ī causis simplicibus singulos status esse causarū: quæstionū autem quæ uelut subiacētes ad illud quo iudicium continet̄ referunt̄: sæpe ī unā cader̄ plures posse. Etiā credo aliquādo dubitari quo statu sit utēdū: cū aduersus unā ītētionē plura opponunt̄. Et sicut in colore dicit̄ narrationis eū eē optimū: quē actor optime tueat̄. Ita hic quoq; posse dici: eū statū eē faciēdū: ī quo tuēdo plurimū adhibere uiriū possit orator. Ideoq; ꝓ Milone aliud Ciceroni agenti placuit: aliud Bruto: cū exercitationis gratia cōponeret orationē: cū ille iure tāq̄ īsidiatorē occisū & tamē nō Milonis consilio dixerit: hic etiā gloriatus sit occiso malo ciue. In cōiūctis uero posse duos uel tres īueniri: uel diuersos: ut si q̄s aliud se nō fecisse: aliud recte fecisse defēdat: uel generis eiusdē: ut siqs duo crimina: uel oīa neget. Quod accidit etiā si de una re quærat̄ aliqua: sed eam plures petāt: uel eodē iure ut ꝓximitatis: uel diuerso: ut cū hic testamento: ille ꝓximitate nitatur. Quotiēs aūt aliud alii petitori opponit̄ dissimiles esse status necesse ē: ut in illa controuersia testamenta legibus facta: rata sint. Intestatorum parentum liberi hæredes sint. abdicatus nequid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimū

Iudicialis legendum eē facile patet. Sunt enim quædā laudabilia natura sed iure cōcessa. Negationē huic sēsui quoque deesse facile ex aduersatiua sed particula colligitur. Aut ergo illaudabilia aut certe non laudabilia mihi legēdū uidet̄: q̄uis exemplaria repugnēt. Id uero q̄d ait Fabius asserūt & iurisconsulti ac præserti Iulianus ad legē Aquiliā Multa. n. īquit iure ciuili contra rōnem disputādi ꝓ utilitate cōmuni recepta eē īnumerabilibus rebꝫ ꝓbari pōt. Vt libertas testamentoꝝ. Testamēti factio inq̄t ulpianus d̄ testamētis nō priuati sed publici iuris est. & ideo pactis priuatorū forma eius non leditur. In duo ut

ostẽdi genera descendũt. Ego discedunt legendum puto hoc est diuiduntur.

Instituto hærede abdicato discessit. Legendum est decessit hoc est mortuus est. Tres omnes de bonis cõtendũt. Aut tres aut omnes ociosi uidentur eoq; alteri expungendi. Vt Cato quadam in oratione testatus. Testatur potius mihi legẽdum esse uidetur. Vteturq; hoc argumento. Colligit hoc argumento nihil notho nocere si posteaq̃ ipse natus est: legitimus qs natus non sit. Nam per legẽ si solus natus esset: neq; ciuis eẽt quia post legitimũ nõ esset natus. neq; filius posset haberi: quia ante legitimum natus non esset Itaq; uerbis legis stari nõ posset. Videntur autẽ obscuriores huius argumentationis sensus ꝓpter male appositas incuria librariorum distinctiones. Sic igitur distinguantur: ut hi duo cum iterrogatione legantur. Cuius conditionis erit? Tãtum ciuis? Atqui non erit post legitimum natus. hic est distinguẽdum. Filius? hic quoq; distinguẽdum & cum iterrogatione legendum.

Nũc qa í tria genera causas diuisi ordinẽ sequat̃ Qui nõ uidet sequar esse legendũ: ne studeat Quintiliano. Ac potissimum ícipiam. De genere demõstratiuo idcirco ante alia præcipit: quod & iudiciali & deliberatiuo tractatu sit facilius ac paucioribus explicetur. Et id eius nominis quod ab ostẽtatiõe ducit̃: ꝓpriũ est. hoc est. του επιδεικτικου. Nã ut paulo ante uidimus: demõstratiuũ genus a græcis mõ επιδεικτικον id est ostẽtatiuũ. mõ εγκωμιαστικον hoc est laudatiuũ appellat̃. Cũ igit̃ a negotiis ꝓrsus remouet̃ atq; ad auditorẽ uoluptatẽ

natus legitimus filius sit: post legitimum natus tantum ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionẽ dato redire í familiam liceat. si pater naturalis sine liberis decessit. qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat: alterũ abdicauerat: sustulit nothũ. Instituto hærede abdicato discessit. Tres omnes de bonis contendunt: nothũ q nõ sit legitimus: græci uocant: latinum rei nomen: ut Cato quoq; in oratione quadã testatus: nõ habemus: ideoq; utimur peregrino. Sed ad ꝓpositũ. hæredi scripto opponit̃ lex. abdicatus neqd de bonis patris capiat: fit status scripti & uolũtatis: an ullo modo capere possit: an ex uolũtate patris: an hæres scriptus. Notho duplex fit quæstio: ꝙ post legitimos natus sit: & ꝙ nõ sit ante legitimos natus. prior syllogismũ habet: an ꝓ non natis sint habendi: q a familia sũt alienati: altera scripti & uoluntatis: non enim esse hũc natum ante legitimũ cõuenit: sed uolũtate legis se tuebitur: qa dicet talẽ fuisse: ut legitimus eẽt nothus: tum natus: cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoq; legis excludet dicẽs: non utiq; si postea legitimus natus nõ sit: notho nocere. Vteturq; hoc argumẽto: finge solum natũ nothum: cuius cõditionis erit? tantum ciuis. atqui nõ erit post legitimum natus filius: atqui non erit ante legitimos natus. quare si uerbis legis stari nõ põt: uolũtate standum est. Nec quẽq̃ turbet: ꝙ ex una lege duo status fiant. duplex est. ita uim duarũ habet. Redire in familiam uolenti dicitur ab altero. Primũ ut tibi redire liceat: hæres sum. idem status qui in petitione abdicati. Quærit̃ enim an possit esse hæres abdicatus: adiicit̃ communiter a duobus: redire tibi in familiam nõ licet. nõ. n. pater sine liberis decessit. Sed in hoc ꝓpria quisq; coꝝ quæstione nitet̃. alter enim dicet: abdicatũ quoq; íter liberos esse: & argumẽtum ducet ex ipsa: qua repellitur lege. Superuacuũ enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatũ: si esset numero alienorum: nunc quia filii iure futurus fuerit ítestati hæres oppositam esse legem: quæ tamen id nõ efficiat: ne filius sit: sed ne hæres. Status finitiuus: qd sit filius. rursus nothus eisdem colligit argumentis: nõ sine liberis patrem decessisse: quibus in petitione usus est: ut probaret esse se filiũ: nisi forte & hic finitionem mouet: an liberi sint etiam. nõ legitimi. Cadent ergo in unã cõtrouersiam uel specialiter duo legitimi status: scripti & uolũtatis: & syllogismus: & præterea finitio: uel tres illi q natura soli sũt. coniectura in scripto & uolũtate: qualitas í syllogismo: & quæ p se ẽ aperta finitio. Cã quoq; & iudicatio & cõtinens ẽ í omni genere causarũ. nihil enim dicit̃: cui non insit ratio: & quo iudiciũ referat̃: & quod rẽ maxime cõtineat. Sed qa magis hæc uariantur in litibus: & fere tradita sũt ab iis qui de iudicialibus causis aliqua composuerunt: in illam partẽ differãtur. Nunc qa in tria genera causas diuisi: ordinẽ sequat̃

De laude & uituperatione.

a C potissimum incipiam ab ea quæ constat laude & uitupatiõe: Quod genus uidet̃ Aristoteles: atq; eum secutus Theophrastus a pte negociali hoc ẽ πραγματικησ remouisse: totãq; ad solos auditores relegasse: & id eius nominis quod ab ostentatiõe ducitur:

proprium est.Sed mos romanus etiā in negociis hoc munus inseruit. Nā & funebres laudatões pendēt frequēter ex publico aliquo officio:atq; ex senatuscōsulto magistratibus sæpe mandant̄:& laudare testem uel cōtra pertinet ad momētum iudiciorum: & ipsis etiam reis dare laudatores:licet & editi in cōpetitores in .L.Pisonem & Clodium & Curionem libri uituperationem continent:& tamen in senatu loco sunt habiti sententiæ.Nec inficias eo esse quasdam ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationē:ut laudes deoꝝ uiroꝝq;:quos priora tēpora tulerūt.Q uo soluitur quæstio supra tractata:manifestūq; est errare eos:qui nūq̄ oratorem dicturū nisi de re dubia putauerunt.an laudes capitolini Iouis perpetua sacri certaminis materia:uel dubiæ sunt:uel nō oratorio genere tractant̄?ut desiderat autē laus: quæ negociis adhibet̄: probationem:sic etiam illa quæ ostentationi cōponit̄:Habet iterim aliquam speciē ꝓbationis:ut q Romulum martis filium educatūq; a lupa dicat:in argumentum cælestis ortus utatur his:ꝙ abiectus in profluentem nō potuerit extingui:ꝙ oīa sic egerit:ut genitum præside bellorum deo īcredibile nō esset:ꝙ ipsum quoq; cælo receptū tēporis eius homines non dubitauerit.Q uædā uero etiam in defensionis speciem cadent:ut si in laude Herculis permutatum cum regina lybiæ habitū:& impata:ut traditur:pensa orator excuset.Sed ꝓprium laudis est res amplificare & ornare: quæ materia præcipue quidem in deos & homines cadit.Est tamen & alioꝝ aīalium etiā carentiū aīa. Verum in deis generaliter primum maiestatē ipsius eorū naturæ uenerabimur.Deinde ꝓpriā uim cuiusq; & īuenta:quæ utile aliquid hominibus attulerūt.uis ostenditur ut in Ioue regūdoꝝ hominū: In marte belli: In neptuno maris.Inuenta ut artiū in Minerua.Mercurio līarum.medicinæ Apolline.Cerere frugū.Libero uini.Tū siqua ab his acta uetustas tradidit cōmemorāda.addūt etiā diis honorē parētes:ut siqs sit filius Iouis.Addit antiqtas:ut iis qui sūt ex chao.progenies quoq; ut apollo ac diana latonæ.Laudādū in quibusdam ꝙ geniti īmortales.ī quibusdam ꝙ īmortalitatē uirtute sūt cōsecuti: quod pietas principis nostri præsētiū quoq; tēporum decus fecit.Magis est uaria laus hominū.Nam primū diuidit̄ ī tempora:quodq; ante eos fuit:quodq; ipsi uixerūt. In iis autē q fato sunt fūcti etiam quod ē insecutū.Ante hominē patria ac parētes maioresq; erūt:quorū duplex tractatus est.aut enī respōdisse nobilitati pulchrū erit:aut humilius genus illustrasse factis.Illa quoq; interim ex eo ꝙ ante ipsum fuit tempore trahēt̄:quæ responsis uel auguriis futurā claritatē ꝓmiserūt. Sicut eū qui ex thetide natus esset:maiorem patre suo futurū cecinisse dicunt̄ oracula. ipsius uero laus hominis ex aīo & corpore & extra positis peti debet.Et corporis quidem fortuitorumq; tum leuior:tum nō uno modo tractanda ē. Nam & pulchritudinem interim roburq; ꝓsequimur honore uerborū:ut Homerus in Agamemnōe atq; Achille.Interī cōfert admiratiōi multū etiam infirmitas:ut cū idē Tydea paruum sed bellatorem dicit fuisse.Fortuna uero tū dignitatē affert:ut in regibus prīcipibusq;.nāq; ē hæc materia ostendendæ uirtutis uberior:tum quo minores opes fuerunt:eo maiorem beneficiis gloriam parit.Sed omnia quæ extra nos bona sunt:quæq; hominibus forte optigerūt:non ideo laudantur: ꝙ habuerit quis ea:sed ꝙ iis honeste sit usus.Nam diuitiæ & potentia & gratia cū plurimum uirium dent in utranq; partem:certissimū faciūt morum experimentū. aut enī meliores ꝓpter hæc:aut peiores sumus.Animi semper uera laus: sed nō una per hoc opus uia ducitur.Nanq; alias ætatis gradus gestarumq; rerū ordi-

solum relegatur: proprie ostentatiuū noīat̄.

Nec īficias eo eē q̈sdā ex hoc genere masculinas ad solā compositas ostētationē.Materias non masculinas legēdū esse nemo nō uidet.

Vt genitū præside bellorū deo incredibile non eēt

Sit ut legat̄ loco eēt: sēsus exposcit

Quod pietas prīcipis nr̄i presētiū quoq; tēporū decus fecit. Adulat̄ Domitiano Fabius q se deū uoluit appellari.ut ex his Suetonii uerbis clare patet. Pari arrogātia cū ꝓcuratoꝝ suorū noīe formalē dictaret epistolā sic cœpit Dominus & deus noster hoc fieri iubet. Vnde institutū post hac ut ne scripto q̄dē ac sermone cuiusq̄ appellaret̄ alr̄.

Aliquādo hoīem p̄ria & parentes maioresq; erunt.Ante citra omnē dubitatōnē legendū est

erasso aliquando aduerbio. Sicut Menander. Vitio male iudicantium Menandro prælatus fuit Philemō comicus: ut Macrobius refert. Sed posteri pluris semper fecerunt Menandri q̄ Philemonis comœdias. Vt Nerea ībellem. Plistinem impudicū a poetis accepimus. Nirea prima cū i scripta legendū est. Nireus enim ut in tertio Iliados narrat Homerus: corpore fuit pulcherrimus sed imbellis. Plistines autem dicitur fuisse Agamemnonis & Menelai per adulterium pater. Vt melio cuius domus solo æquata. Hic enim affectatæ dominationis suspectus & interfectus fuit & ædes eius solo æquatæ. Marcoq̄ manlio. Hic mālius quia plerosq̄ debitorum ære alieno liberauerat: ex arce quam a gallis defenderat fuit diectus. cautumque: nequis ex ea familia Marcus appellaret. Vt Perses in muliere Samia inistituere ausus dicitur primus. Quodnam genus flagitii hoc fuerit: nondū memini me legisse. Frugalitas apd̄ Sybaritas forsitan odio foret. Sybaritæ populi calabriæ fuerunt luxuriæ ac deliciis maxime dediti. Sunt ciues illis: ut hominibus liberis decori. Pro liberis legendum est liberi. Vt enim filii parentibus sunt ornamento sic & ciues urbibus. Est laus & magnitudo operum. Quidam non percipientes quæ dicerentur a Fabio: hūc sensum deprauarunt. Putarunt enim Fabium hoc dicere Magnitudinē operum urbibus laudi esse: quæ & sunt quidem. Sed hoc ut notum prætermittit Fabius: præcipitq̄ quo modo opera soleant laudari quod aperte sequentia indicant. Quare ma

nem sequi speciosius fuit: ut in primis annis laudaret̄ idoles: tū disciplinæ: post hoc opum idest factoꝝ dictoꝝq̄ cōtextus. alias ī species uirtutū diuidere laudē fortitudinis. iustitiæ. continentiæ. cæteraꝝq̄: ac singulis assignare: quæ secūdū quāq̄ eaꝝ gesta erūt. Vtra sit autē haꝝ uia utilior cū materia deliberabimus: dū sciamus gratiora eē audientibus: quæ solus quis: aut primus: aut certe cū paucis fecisse dicetur: siqd præterea supra spē aut expectatiōem: præcipue quod aliēa potius cā q̄ sua. tēpus quod finē hoīs inseqt̄: nō sēp tractare cōtingit: nō solū q̄ uiuētes aliquādo laudamus: sed q̄ rara hæc occasio ē: ut referri possint diuini honores: & decreta: ut publicæ statuæ cōstitutæ: Inter quæ euumerauerī īgénioꝝ monumēta: quæ sæculis ꝓbarent̄. Nā qdā sicut Menander iustiora posteroꝝ q̄ suæ ætatis iudicia sunt cōsecuti. Afferūt laudē liberi pentibus. urbes cōditoribus. leges latoribus. artes iuentoribus. nec nō īstituta quoq̄ auctoribus: ut a Numa traditū đos colere. a Publicola fasces populo submittere. Qui oīs ēt ī uitupatiōe ordo cōstabit tātū ī diuersū. Nā & turpitudo generis opprobrio multis fuit: & quosdā claritas ipsa notiores circa uitia & inuisos magis fecit: & ī qbusdā: ut ī Paride traditū est: prædicta pnicies. & corporis & fortunæ qbusdā mala contēptū: ut Thersitæ. At uero quibusdā bona uitiis corrupta odiū attulerunt. Vt Nirea ībellē. plistinē īpudicū a poetis accepimus. Et animi totidē uitia: quot uirtutes sunt: nec mīus q̄ ī laudib॰ duplici rōe tractant̄. Et post mortē obiecta quibusdā ignomia ē: ut Melio: cuius domus solo æq̄ta. M. q̄ Manlio: cuius prænomē e familia ī posteꝝ exēptū ē. & pētes maloꝝ odimus. & ē cōditoribus urbiū īfamiæ cōtraxisse aliq̄ pnitiosā cæteris gētē: q̄lis ē prīus iudaicæ supstitiōis auctor. & Gracoꝝ leges īuisæ. Et siquod ē exēplū deforme posteris traditū: q̄le libidinis: ut Perses ī muliere Samia īstituer̄ ausus dicit̄ primus. Sed ī uiuētib॰ quoq̄ iudicia hoīum uelut argumēta sūt moꝝ. & honos aut ignominia uerā eē laudē uel uitupationē ꝓbat. Iteresse tamē Aristoteles putat: ubi qcq̄ laudetur aut uitupet̄. Nā plurimū refert: q̄ sint audiētiū mores. quæ publice recepta psuasio: ut illa maxīe quæ ꝓbāt: eē ī eo q laudabit̄: credant: aut ī eo cōtra quē dicemus ea quæ oderūt. ita non dubiū erit iudiciū: qđ orōnē præcesserit. ipsoꝝ etiā pmiscēda laus sēp. Nā id beniuolos facit. quotiēs āt fieri poterit cū materiæ utilitate iūgēda. mīus Laceđmone studia lrāꝝ q̄ Athenis honoris merebūt̄. plus patiētia. fortitudo. rapto uiuer̄ qbusdā hōestū. aliis cura legū. frugalitas apđ Sibaritas forsitā odio forẗ. Veterib॰ romāis sūmū luxuriæ crimē. eadē ī singulis dr̄ia. maxīe fauet iudex q sibi dicētē assētari putat. Idē præcipit illđ quoq̄ qđ mox Cornelius Celsus ꝓpe supra modū inuasit: qa sit quædā uirtutib॰ ac uitiis uicitas: Vtendū ꝓxīa đriuatiōe uerboꝝ: ut ꝓ temerario fortē. ꝓ ꝓdigo liberalē: ꝓ auaro pcū uocēus: quæ eadē ēt cōtra ualēt: qđ qdē orator. i. uir bōus nūq̄ faciet nisi forte cōi utilitate duceret̄. Laudāt̄ aūt urbes silr̄ atq̄ hoīes. Nā ꝓ pente ē cōditor: & multū auctoritatis affert uetustas: ut iis q terra dicūt̄ orti: & uirtutes ac uitia circa res gestas: eadēq̄ ī singulis. illa ꝓpria quæ ex loci positi

one aut munitiõe sunt. ciues illis ut hoibus liberi decori. est laus & magnitudo operum: ĩ quibus honor. utilitas. pulchritudo. auctor spectari solet. honor ut in tẽplis. utilitas ut in muris. pulchritudo uel auctor utrobiq; . Est & locorum: qualis Siciliæ apud Ciceronem: ĩ quibus similiter spẽm & utilitatem ĩtuemur. speciem maritimis. planis. amænis. utilitatẽ salubribus. fertilibus. Erit etiã dictorum honestorum factorũq; laus generalis. erit & rerum oĩs modi. Nã & sõni & mortis scriptæ laudes: & quorũdã a medicis ciborum. Itaq; ut nõ cõfẽsi hoc laudatiuũ genus circa solam uersari honesti quæstionem: sic qualitate maxime cõtineri puto: q̃q̃ oẽs tres status cadere in hoc opus possint. His quoq; usũ . C. Cæsarẽ ĩ uitupando Catone notauerit Cicero. Totũ aũt habet aliquid simile suasoriis: qa plerunq; eadem illic suaderi: hic laudari solent.

De suasoria & prosopopœia.

d Eliberatiuas quoq; miror a q̃busdam sola utilitate definitas. Ac siqd in his unum sequi oporteret: potior fuisset apud me Ciceronis sententia: qui hoc materiæ genus dignitate maxime contineri putat. Nec dubito quin ii qui sũt in illa priore sententia: secundum opinionẽ pulcherrimam: ne utile quidẽ nisi quod honestũ esset existimarint. Et ẽ hæc ratio uerissima: si cõsiliũ contingat semper bonorum ac sapientum. Verum apud ĩperitos: apud quos frequenter dicẽda sẽtentia ẽ: populumq; præcipue: qui ex pluribus constat indoctis: discernenda sũt hæc: & secũdum cõmunes magis intellectus loquendũ. Sũt enim multi qui ẽt quæ credunt honesta: non tamen satis eadem utilia quoq; existiment. quæ turpia eẽ dubitare non possunt: utilitatis specie ducti ꝓbent: ut fœdus numantinũ: iugũq; caudinum. Ne qualitatis q̃dẽ statu ĩ quo & honestorum & utiliũ quæstio ẽ: cõplecti eas satis ẽ. Nã frequenter in iis etiã cõiecturæ locus ẽ. Nõnunq̃ etiã tractatur aliqua finitio. aliquãdo etiã ĩcidere possũt legales tractatus in priuata maxĩe consilia: siquando ãbigitur an liceat. de coniectura paulo post pluribus. Interim est definitio apud Demosthenẽ det Halonesũ Philippus an reddat. apud Ciceronẽ ĩ philippicis. qd sit tumultus. Quid? non illa similis iudicialiũ quæstio: de statua Seruii Suplitii? an iis demũ ponẽda sit qui in legatione ferro sũt interempti? Ergo pars deliberatiua quæ eadẽ suasoria dicit̃ de tempore futuro consultat: quærit etiã de præterito. Officiis constat duobus suadendi & dissuadẽdi. Prohœmio quale ẽ in iudicialibus non ubiq; eget: qa cõciliatus ẽ ei quisq; quẽ cõsulit. Initiũ tamẽ quod cũq; debet habere aliquã ꝓhœmii speciem: nec enĩ abrupte: nec unde libuit ĩcipiendũ. quia ẽ aliquid in omni materia naturaliter primũ. In senatu utiq; & in cõcionibus eadẽ ratio: quæ apud iudices acq̃rẽdæ sibi plerũq; eorum apud quos dicẽ

gnitudo mihi eradenda uidetur. ut legamus. Est laus & operũ. hoc est publicorum edificiorum: Est & locorum. qualis Siciliæ apud Ciceronem. Quarta in uerrem Cicero laudat Siciliam. His quoq; usum C. Cæsarem in uituperando Catone notauerit Cicero. Hoc in topicis Cicero notauit. Scripsit autem Cæsar in Catonem cuius laudes Cicero jam uno libro complexus fuerat

d Eliberatiuas quoq; miror. De genere d̄liberatiuo tã apte ꝑcipit Fabius: ut mẽdis sublatis nihil expositiõe sit opus. Vt Fœdus Numantinum. iugumq; Caudinum. Notæ sunt historiæ. Nam. C. Hostilius Mancinus in Hispaniam cõsul contra Numantinos missus cũ ab hostibus fuisset superatus: iniquissimis cõditionibus fœdus percussit: ut relictis armis atq; impedimẽtis milites abduceret. Quo quidem fœdere ab senatu improbato: Mãcinus hostibus fuit deditus. T. autem ueturius & . A. Posthumius consules cum aduersus Samnites exercitum duxissent: apud Caudinas furcas in insidias a Pontio Herenio hostium duce structas ĩciderunt: ut e loco undiq; & montibus & hostibus clauso minime egredi possent. Quare ita depacti sunt: ut sub iugum mitterentur: & cum singulis uestibus abirent. Inde uero iugum Caudinum fuit appellatum.

Det halonesũ Philippus an reddat. Halõnesus insula est de qua Athenienses cum Philippo contenderunt. Extat autem Demosthenis oratio quæ περι αλοννησου inscribitur contra Philippum. Nam Halõnesus prius fuit ditionis Atheniensium. Philippi uero tẽporibus a latronibus capta fuit: quos cũ expulisset Philippus: repetentibus insulam Atheniensibus: quis nõ redderet: quod sui iuris eam diceret eẽ factam: daturum tamẽ se pollicet̃. Suadet igitur Demosthenes Atheniensibus: ut non tanq̃ datã sumãt: sed tanq̃ redditam accipiant. Est. n. de hoc quæstio. Vtrum eam det an reddat Philippus. Quid non illa similis iudicialium quæstio de statua Seruii Sulpitii? In octaua Philippica hæc quæstio a Cicerone tractatur. Nã suadet Cicero ut Seruio Sulpitio qui in legatione ad. M. Antonium mortuus fuerat: statua erigatur. P. uero Seruilius sentiebat iis

tantum statuas esse ponendas qui ferro in legatiõe fuissent interfecti. Vt in Helenes laude Isocrates fecerit. De laudibus eloquẽtiæ solum in prohœmio laudationis Helenæ uerba facit Isocrates. Et gorgias in olympico. Orationem cõposuit gorgias Leontinus de olympicorũ ludorũ laudibus qui olympicus uocatur panegyricus. An isthmos ĩtercidi. Isthmos dicitur angusta terra inter duo maria sita. Duo autem sũt celebres isthmi thracius & Achaicus in quo ẽ urbs corinthus. Hunc uero pfodere ac põtinas paludes siccare ut scribit Tranquillus dstinauit Iulius Cæsar. Sed morte præuẽtus efficere nõ potuit. Portum uero hostiensem pfecit Claudius Cæsar a Diuo quidem Iulio sæpius destinatũ sed propter difficultatem omissum circunducto dextra sinistraq; brachio: & ad introitum ꝓfundo iam salo mole obiecta: quam quo stabilius fũdaret: nauem ante demersit: qua magnus obeliscus ex ægypto fuerat aduectus congestisq; pilis super posuit altissimam turrim: in exẽplum alexandrini phari: ut ad nocturnos ignes cursũ nauigia dirigeret. An Alexander terras ultra oceanũ sit inuenturus. Alexander cum ex sententia Democriti multos esse mundos accepisset: cupiditate illos aggrediendi flagrare cœpit. Vnde Iuuenalis. Vnus pelleo Iuueni non sufficit orbis. Hinc rhetores suasoriæ argumentum sumpserunt. Dissuadet enim Alexandro: ne oceanum transire animum inducat. Fere autem omnes hanc tractauerunt quæstionem. Etiã si nauigari posset oceanus nauigandum non esse. Huius uero suasoriæ diuisiones colores multasque sententias Seneca litteris cõ

dum sit beniuolentiæ. Nec mirũ cũ etiã in panegyricis petatur audientiũ fauor: ubi emolumentũ non utilitate aliqua: sed in sola laude cõsistit. Aristoteles quidẽ nec sine cã putat & a nostra & ab eius q dissentiet: psona duci frequenter ĩ cõsiliis exordiũ: quasi mutuantibus hæc nobis a iudiciali genere. nõnunq̃ etiã ut minor res maior ne uideat̃. In demõstratiuis uero prohœmia eẽ maxime libera existimat. Nã & lõge a materia duci hoc: ut ĩ Helenes laude Isocrates fecerit. & ex aliqua rei uicinia: ut idẽ in panegyrico conquerit̃ plus honoris corporum q̃ animorũ uirtutibus dari. Et Gorgias ĩ olympico laudãs eos q primi tales ĩstituerũt cõuẽtus: quos secutus uidelicet Crispus Salustius in bello iugurthino & Catilinæ nihil ad historiã ptinẽtibus principiis orsus ẽ. Sed nũc ad suasoriã: in qua etiã cũ ꝓhœmio utemur: breuiore tamẽ & uelut quodã capite tantum & initio debebimus eẽ cõtẽti. Narrationẽ uero nũq̃ exiget priuata deliberatio eius dũtaxat rei: de qua dicẽda sñia est: qa nemo ignorat id de quo cõsulit. Extrinsecus possũt pertinentia ad deliberationẽ multa narrari. In cõcionibus sæpe est etiã illa quæ ordinẽ rei docet necessaria ad affectus: ut quæq; maxime postulabit. Nã & cõcitanda & lenienda freqũẽter ẽ ira: & ad metũ. cupiditatẽ. odiũ. cõciliatiõem impellendi animi. Nõnunq̃ etiã mouenda miseratio siue ut auxiliũ obsessis ferat̃ suadere oportebit: siue sociæ ciuitatis euersionẽ deflebimus. Valet aũt in cõsiliis auctoritas plurimum. Nam & prudentissimus esse haberiq; & optimus debet: qui sentẽtiæ suæ de utilibus atq; honestis credere oẽs uelit. In iudiciis enĩ uulgo fas habetur indulgere aliqd studio suo. cõsilia nemo ẽ q neget secundũ mores dari. Grecorũ qdem plurimi omne hoc officiũ cõcionale eẽ iudicauerunt: & in sola reipublicæ administratiõe posuerũt. Qui & Cicero ĩ hac maxime parte uersatur. Ideoq; suasuris de pace. bello. copiis. opibus. uectigalibus: hæc duo præcipue nota esse uoluit uires ciuitatis & mores: ut ex natura tũ ipsarũ rerũ: tum audiẽtium ratio suadẽdi duceretur. nobis maior ĩ re uidet̃ uarietas. nam & cõsultãtium & cõsiliorum plurima sunt genera. Quare in suadendo & dissuadendo tria primum spectanda erunt. Quid sit de quo deliberet̃. q sint q deliberent. q sit qui suadet. Rem de qua deliberat̃ aut certũ est posse fieri. aut ĩcertũ. Si ĩcertum hæc erit quæstio sola aut potẽtissima. sæpe enĩ accidet ut prius dicamus: ne si possit qdẽ fieri: eẽ faciendum. deinde fieri non posse. Cum autem de hoc quæritur cõiectura ẽ. an Isthmos intercidi. an siccari palus pontina. an portus fieri hostiæ possit. an Alexander terras ultra oceanũ sit ĩuenturus. Sed ĩ his quoq; quæ cõstabit posse fieri cõiectura erit aliquãdo: ut si quærat̃. an utiq; futurũ sit: ut carthaginẽ superent romani: ut redeat Hãnibal: si Scipio exercitũ ĩ africã transtulerit. ut seruẽt fidẽ samnites si romani arma deposuerint. Quædã & fieri posse & futura eẽ credibile est: sed aut alio tẽpore. aut alio loco. aut alio mõ. ubi cõiecturæ nõ erit locus: alia sunt intuenda. Et primũ: aut ꝓpter ipsam rem de qua sententiæ rogantur cõsultabitur: aut ꝓpter alias

mendauit. Deliberant patres conscripti an stipendium militi constituant. hoc quoque thema de historia sumptum. Nam ut in quinto narrat. T. Liuius: Senatus ad conciliandos sibi plebis animos decreuit: ut miles de publico stipendium acciperet: cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. Nihil acceptũ unq̃ a plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaque ad curiam esse. præhensatasque exeuntium manus: & patres uere appellatos. An Fabios dedant gallis bellum minitantibus. Hæc materia declamatoria una cum aliis de quibus hoc loco meminit Fabius de historia sumpta est. Nam Romani ut narrat in quinto Liuius: tres Fabios Clusinorum rogatu: ad regem gallorum legatos miserunt: qui ei denũciarent: ut ab obsidione Clusii abstineret. Is cum superbius respondisset: initũ est prœlium: in quo contra ius gentium legati quoque pro Clusinis arma ceperunt atque gallorum regem trucidarunt. Qua re indignati galli recta citato agmine Romam pergentes: apud Alliam fluuiũ Romanũ exercitum deleuerunt: ac nullis repugnantibus urbem totam præter capitolium occuparunt. Deliberat C. Cæsar an perseueret in germaniã ire. Hoc in Cæsaris ipsius commẽtariis legitur. Quantalibet enim uis ingruat aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. Procul dubio hic aliquid deest: citra quod iteger sensus esse non potest. Ad quod. n. referatur ille infinitus facere: nihil est. Quare mihi tres hæ dictiones forsitan sunt ascribẽde: ut legamus nihil facere non sit necesse. Hoc nãque modo & clarus & integer erit sensus. Semper enim aliquid facere possumus: ac si nihil aliud: saltem nos met ipsos uita priuare. Denique non fecerunt saguntini. Saguntinorum fides in populum Romanum notior est: q̃ ut hoc loco sit referenda. Nec in rate opitergina circũuenti. Opitergini ut refert Liuius. C. Cæsaris auxiliares: cum. C. Antonius Cæsaris legatus bello ciuili male con ra Põpeianos pugnasset atque in Illirico captus esset: potius q̃ in potestatem hostium uenirent rate sua ab hostilibus nauibus clausa inter se concurrentes gladiis occubuerunt. Si ei qui pater uult fieri liqueat necesse est uxorem esse ducendam. Loco est uerbi esse ut legatur sensus exposcit. hoc modo liqueat necesse esse uxorem esse ducendam. Nemo enim de hoc dubitat: eoque in consultatione non uenit. Tamen apud plerosque earum numerus augetur. Sic quidẽ legitur. Sed a plerisque fortassis rectius legeretur. Est quidam utile sed difficile. paruum & iniucundũ. Quidẽ legatur ac illa & copula ex

interuenientes extrinsecus causas. propter ipsam deliberant. p. c. an stipendium militi cõstituant. Hæc materia simplex erit. Accedunt causæ aut faciendi: ut deliberant. p. c. an Fabios dedant gallis bellum minitantibus. aut non faciẽdi. deliberat. C. Cæsar: an perseueret in germaniam ire: cum milites passim testamenta facerent. Hæ suasoriæ duplices sunt. Nã & illic causa deliberandi est: q bellum galli minitentur: esse tamen quæstio potest dedendi ne fuerint etiam citra hãc denunciationem: quia contra fas cum legati missi essent prœlium inierit: regemq ad quem mandata acceperant trucidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliberet: nisi propter hãc militum perturbationem. est tamen locus quærẽdi: an citra hunc quoq casum penetrandum in germaniam fuerit. Sẽp autem de eo prius loquemur de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset. Partes suadendi quidam putauerũt honestum. utile. necessariũ. ego nõ inuenio huic tertiæ locũ. Quantalibet enim uis ingruat: aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. De faciẽdo autem deliberatur. Quod si hãc uocant necessitatem: ĩ qua homines grauiorum metu coguntur utilitatis erit quæstio: ut si obsessi & impares & aqua ciboq defecti de facienda ad hostem deditione deliberent: & dicatur necesse est. nempe sequitur ut hoc subiiciatur. alioq pereundum est. ita propter id ipsum non est necesse: quia perire potius licet. Deniq non fecerunt saguntini: nec ĩ rate opitergina circunuenti. Igitur in his quoq causis: aut de sola utilitate ambigetur: aut quæstio inter utile atq honestum consistet. At eni siquis liberos procreare uolet: necesse habeat uxorẽ ducere qs dubitat? Si ei q pater uult fieri: liqueat necesse ẽ uxorẽ eẽ ducendam. Itaq mihi ne consilium quidem uidet: ubi necessitas est: non magis q̃ ubi cõstat quid fieri nõ posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur qui tertiam partem dixerũt ΔΥΝΑΤΟΝ quod nostri possibile nominãt: quæ ut dura uideatur appellatio: tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam manifestius est q̃ ut docendum sit. Tamen apud plerosq earum numerus augetur: a quibus ponuntur: ut partes: quæ species sunt partium. Nam fas. iustum. pium. æquum. mansuetum quoq. Sic enim sunt interpretati ΗΜΕΡΟΝ & siqua adhuc adiicere quis eiusem generis uelut subiici possunt honestati. An sit autem facile. magnum. iucundum sine periculo ad quæstio-

pungatur. Instruendis Iudis. Pro instruendis legendũ est instituendis. Sed nemini adeo. Neminem legendũ esse constat. Deformis & icõmoda turbæ si ibi non sit conflictatio. Ne hic quidẽ locus mendis caret quis fere non deprehendantur. Facile autem tollũtur si loco ibi id scribat': ut legamus Si id non sit. Quãq̃ sit quoque loco sit mihi legendũ uidetur. Vt cum suademus ut bello punico serui armentur: Serui apud priscos pœna capitali a re militari arcebantur. ut scribit Martianus quadragesimo de re militari. Ab omni militia inquit Serui prohibẽtur. alioqui capite puniũtur Cæteꝝ bello punico armati fuere: uocatique uolones qđ ultro pro dominis uellẽt militare. Vt cum Pompeius deliberauit: parthos. an Africam. an ægyptũ peteret. Hoc in Pompeii uita narrat Plutarchus. Cum enim Pompeius in Pharsalia a Cæsare superatus Mitylænas ad uxorem confugisset: in hanc uenit deliberationem. utrum parthos. an Africam. an ægyptum peteret. Tandem uero in ægyptum ire decreuit: ubi Ptolemæi iussu fuit obtruncatus. Si se dederit. Di syllaba ascripta dediderit est legendum. Idemque contra Item legendum esse facile est uidere. Videndumq; quid cõsecuturi simus & propter quid. Sic quidem legitur sed corrupte ut mihi uidetur. Non enim propter quid consecuturi simus aliquid uidendum est in deliberando: sed per quid. ut si per bellum. per multos labores. per magnam pecuniarum effusionẽ per cædes denique nostroꝝ ciuiũ aliqua urbe simus potituri. Quare per quid: id qđ sequentia quoq; indicant legendum uidetur. Et animus deliberãtis non ipsa ho

nem pertinet utilitatis: qui loci oriuntur ex contradictiõe. Est quidem utile: sed difficile. paruum. iniucundum. periculosum. Tamẽ quibusdam uidetur esse nonnũq̃ de iucunditate sola consultatio: ut si de edificando theatro. instituendis ludis deliberet'. Sed neminem adeo solutum luxu puto: ut nihil in causa suadendi sequatur præter uoluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est: ut in ludis honor deorũ. in theatro non inutilis laborum remissio. deformis & icõmoda turbæ si id nõ fiat: cõflictatio. & nihilominus eadem illa religio: cum theatrum ueluti quoddam illius sacri templum uocabimus. Sæpe uero & utilitatẽ despiciendã eẽ dicimus: ut honesta faciamus: ut cum illis opiterginis damus cõsiliũ: ne se hostibus dedãt: q̃q̃ perituri sint: nisi fecerint. & utilia honestis præferimus: ut cum suademus ut bello punico serui armẽtur. Sed tamẽ ne hic plane concedendum ẽ eẽ id inhonestũ. liberos enĩ natura oẽs: & iisdem constare elemẽtis: & fortasse antiqs etiam nobilibus ortos dici põt. Et illic ubi manifestũ periculum ẽ: opponenda alia sunt pericula: ut crudelius etiam pituros affirmemus: si se dediderint: siue hostis non seruauerit fidem: siue Cæsar uicerit: quod est uero similius. Hæc aũt quæ tantũ inter se pugnãt: plerũq; nominibus deflecti solent. Nã & utilitas ipsa expugnatur ab iis q dicunt non solum potiora eẽ honesta q̃ utilia. Sed ne utilia qdẽ esse quæ nõ sunt honesta. & contra quod nos honestũ: illi uanũ. ambitiosum. stolidum. uerbis q̃ re probabilius uocãt. Nec tantũ inutilibus comparantur utilia: sed iter se quoq; ipsa: ut si e duobus eligamus in altero: quid sit magis: in altero qd sit minus. crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriæ icidũt: ut cum Pompeius deliberauit parthos. an africam. an ægiptũ peteret. Ita non tantum utrum sit melius: sed qd sit optimum quærit': Idemq; contra. nec nũq incidet i hoc genere materiæ dubitatio rei: quæ undique secundũ nos sit. Nã ubi contradictioni locus non est: quæ põt esse cã dubitandi? Itẽ fere oĩs suasoria nihil est aliud q̃ cõparatio: uidẽdumq; quid consecuturi sumus & ꝓpter quid: ut æstimari possit: plus in eo quod petimus sit cõmodi: an uero i eo ꝑ quod petimus incõmodi. Est utilitatis & i tempore quæstio. expedit: sed nõ nũc. & in loco. nõ hic. & in ꝑsona. non nobis. nõ cõtra hos. & in genere agẽdi. nõ sic. & i mõ. non in tantum. Sed personam sæpius decoris cã intuemur: quæ & in nobis & in iis q deliberant spectãda ẽ. Itaq; q̃uis exempla plurimũ i cõciliis possint: quia facillime ad cõsentiendum homines ducunt' expimentis: refert tamen quoq; auctoritas & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enĩ deliberãtiũ animi. duplex cõditio. nã consultant aut plures aut singuli. sed in utrisq; differentia: quia & in pluribus multum interest: senatus sit: an populus. romani: an fidenates. græci: an barbari. & in singulis Catoni petẽdos honores suadeamus: an. C. Mario: De ratione belli Sci-

pio prior an Fabius delıberent.Proinde intuenda sexus.dignitas .ætas.Sed mores præcipue discrimen dabunt.Et honesta q dem honestis suadere facillimum ē.Si uero apud turpes recta optinere conabimur: ne uideamur exprobrare diuersam uitæ sectam:cauendum est.& animus deliberātis. non ipsa honesta natura:quam ille non respicit:permouendus :sed laude uulgi. opinione:& si parū proficiet hæc uanitas:secuturam ex his utilitatem.aliquanto uero magis obiiciendo aliquos:si diuersa fecerint:metus. Nam præter id quod his leuissimi cuiusq; aīus facillime terretur:nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor:q̄ spes bonorum:sicut facilior eisdem turpium q̄ honestorum intellectus est. aliquando bonis quoq; suadentur parum decora.dantur parum bonis cōsilia:ī quibus ipsorum qui cōsulūt:spectatur utilitas.Nec me fallit: quæ statim cogitatio subire possit legentē.Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare.C. Cicero q ita scribit ad Brutum.Propositis plurimis quæ honeste suaderi Cæsari possent:Sim ne bonus uir qui hæc suadeā? minime. Suasoris enī ē finis utilitas eius cui quisque suadet.at recta sūt. quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus.Sed quia est altior quæstio : nec tantū ad suasorias pertinet : destinatus ē mihi hic locus duodecimo qui summus futurus est libro.Nec ego qcq̄ fieri turpiter uelim .Verum interim hæc uel ad scholarum exercitationes pertinere credantur.nam & iniquorum ratio noscenda est:ut melius æqua tueamur.Interim siquis bono inhonesta suadebit:meminerit non suadere tanquam inhonesta:ut quidam declamatores Sex. Pompeium ad piraticam propter hoc ipsum:q; turpis ac crudelis sit:impellunt.Sed dandus illis deformibus color:idq; etiam apud malos:nec enim ē quisq̄ tā malus:ut uideri uelit.Sic Catilina apud salustium loquitur:ut rem sceleratissimam non malitia:sed īdignatione uideatur audere.Sic Atreus apud Varum. Iam fero inquit infandissima: iam facere cogor.Q uāto magis eis quibus fuit cura famæ cōseruandus est hic uel ambitus? Q uare & cum Ciceroni dabimus consilium:ut Antonium roget:uel etiam ut philippicas: ita uitam pollicente eo exurat:non cupiditatem lucis allegabimus.Hæc enī si ualet in animo eius:tacentibus quoq; nobis ualet.Sed ut se reipublicæ seruet hortabimur :Hac illi opus ē occasione:ne eum talium precum pudeat.Et.C. Cæsari suadentes regnū affirmabimus stare iā remp.nisi uno regente nō posse.Nā q de re nefaria deliberat:id solum quærit quomō q̄minimū peccare uideat᷑. Multū refert etiā: quæ sit pͦsona suadētis: qa āte acta uita si illustris fuit:aut clarius genus: aut ætas: aut fortūa affert expectationē.Prouidēdū ē ne quæ dicūt᷑ ab eo q dicit:dissētiāt.at iis cōtraria sūmissiorē quēdā modū postulāt

nesta natura. Honesti pro honesta : ut natura honestatis intelligatur:legēdum est.Quibus fuit cura famæ conseruādus est hic uel ambitus.Aliqua recte in quibusdam exemplaribus legitur hoc modo.Quibus fuit aliqua cura famæ.Qui enim aliquam famæ curam habēt:hoc ambitu laborāt:ut boni saltem uideantur q̄uis non sint. Vel autem pro saltem eleganter ponitur. Vel quod duplicis est operis.Loco opis mihi operæ legēdum uidet᷑.hoc est laboris. Nō solum enim dicenda excogitare oratorem oportet:sed inuenta quoq; ficte personæ accommodare. De ratione belli Scipio prior an Fabius deliberent.Litera n expuncta deliberet legēdum esse ne dubitandum est quidem.Hoc uero de historia sumptum.Nam ut narrat.T.Liuius controuersia fuit inter Fabium & Scipionem:qua ratione bellum cum carthaginensibus foret administrādum.hoc est.In italia ne an in Africa esset gerendum. Et si parum proficiet hæc uanitas secutura ex his utilitatem.Vtilitate erasa m littera legendum est᷑. At recta sunt.Obiectio hæc nulla est nisi negatio ascribatur hoc modo.At recta non sunt. Sed dādus est illis deformibus color. Probabilem facti causam græci χρῶμα.latini colorem uocant Vnde apud Iuuenalem adultera sic rogat Quintilianum.Dic Quintiliane colorem. Quare & cum Ciceroni dabimus cōsilium ut Antoniū roget. Hæc quoque sunt themata uulgatarum apud priscos declamationum: quarum diuisiones.sententiæ.atque colores a Seneca fuere collecti.Earum uero themata sunt hæc.Deliberat Cicero an.M. Antonium deprecetur.Deliberat Cicero an scripta sua comburat promittente Antonio īcolumitatem si fecisset. Nā quæ in aliis libertas ī aliis licētia uocat᷑.Hinc aperte colli

gitur libertatem in bonam.licenti/
am uero in malam accipi partem.
unde etiam Terentius. Deteriores
omnes sumus licentiā. Aliquan/
do tamē etiam in bonum accipi ui
detur:ut apud Salustium in Iugur
thino.Romā legatos ire iubet agē/
darum rerum & quocunq; modo
componendi licentiam illis permit
tit.Apud iurisconsultos quoq; hu
iusmodi inueniuntur locutiones.
Data est mihi licentia eundi ac re/
deundi. Ideoque longe mihi ui/
dent difficillimæ ꝑsopopœiæ.ꝑso
popœiæ cōfictiōes ꝑsonaꝝ iterpre
tant:qualibus nō oratores modo
& historici sed poetæ quoque fre/
quentissime utuntur:ut Vergilius
Sinōis personam ita effingit: ut ni
hil ad proditoris mores adiici pos/
se uideatur. An eodem modo co
gitauit aut eandem personam idu/
cit Cicero.Induit.c.littera expuncta
legendum mihi uidetur. Quæ ex
historiis compositæ certius agētiū
nominibus cōtinērur. Certis.u.lit/
tera expuncta nemo non uidet esse
legendum. Neque ignoto plerū/
q; exercitationis gratia poni & poe
ticas historias.Enim particula mi/
hi huic sensui deesse uidetur.Supe
rioris nanq; dicti rationem reddit
Fabius.Et similiter copula est ascri
bēda.ac historicas.c.littera ascripta
legēdum.hoc modo. Neque enim
ignoro plerunq; exercitationis gra/
tia poni & poeticas & historicas.Sic
autem legendum esse facile quæ se/
quuntur exempla declarant. Vt
Priami uerba apud Achillem.Priā
mi uerba ad Achillem quibus He/
ctoris cadauer rogat q plene uider
cupit: legat uigesimumtertiū Ilia/
dos librū.Quibus aūt uerbis Sylla
fuerit usus in deponenda in conci/
one dictatura in ipsius uita scribit
Plutarchus. Vt apud Ciceronem
pro Cęlio in Clodiam & Cæcus Ap
pius & Clodius frater.ille in castiga
tionem.hic in orationem morum
compositus alloquitur. Qui ora/
tionem Ciceronis pro Cælio lege/
rit:facile diiudicabit & rationem o
prima littera expuncta.& amorum
a littera ascripta esse legendum.
Vt cum Apud Cæsarem consul
tatio de pœna Theodoti ponitur.
Hæc quoq; materia de historia est
sūpta de qua in cōmētariis Cæsaris
plura.Theodotus autē rhetor fuit

Nam quæ i aliis libertas est:in aliis licentia uocatur. Et qui/
busdam sufficit auctoritas:quosdam ratio ipsa ægre tuetur:
Ideoq; longe mihi uidetur difficillimæ prosopopœiæ: in q/
bus ad reliquū suasoriæ laborem:accedit etiā personæ diffi/
cultas.Nāq; illud idem aliter Cæsar.aliter Cicero.aliter Ca/
tō suadere debebit. Vtilissima uero hæc exercitatio: uel qđ
duplicis ē operis:uel quod poetis quoq;:aut historiaꝝ quo/
q; futuris scriptoribus plurimum confert. Verum & oratori
bus necessaria. Nam sunt multæ a græcis latinisq; cōpositæ
oratiōes:quibus alii uterentur:ad quorum cōditionē uitāq;
aptanda:quæ dicebātur fuerūt.an eodem mō cogitauit: aut
eandem personam iduit Cicero cum scriberet.Cn.Pompeio
& cum.C.Domicio cæterisue:ac non uniuscuiusq; corū for/
tunam.dignitatem.res gestas ītuitus: omnium etiam qbus
uocem dabat:imaginem expressit:ut melius quidem:sed ta/
men ipsi dicere uiderentur: Nec minus uitiosa est oratio:si
ab homīe:q̄ si a re cui accōmdari debuit:dissidet:Ideoq; Ly/
sias optime uidetur in his quæ scribebat indoctis:seruasse ue
ritatis fidem.Enim uero præcipue declamatoribus cōsiderā
dum est:quid cuiq; personæ coueniat:qui paucissimas cōtro
uersias ita dicunt:ut aduocati.plerūq; filii.patres diuites. se
nes.asperi.lenes.auari deniq;.superstitiosi. timidi. derisores
fiunt:ut uix comœdiarū actoribus plures habitus in ꝓnunci
ando cōcipiendi sint:q̄ his in dicendo:quæ omnia uideri pos
sunt ꝓsopopœiæ:quas ego suasoriis subieci:quia nullo alio
ab his q̄ persona distant:q̄q̄ hoc aliquando etiam ī cōtrouer
sias ducitur:quæ ex historiis cōpositæ certis agentium nomi
nibus cōtinentur.Neq; ignoro plerunq; exercitationis gra/
tia poni & poeticas historias:ut Priami uerba apud Achilē:
aut Syllæ dictaturam deponentis in cōcione.Sed hæc ī par/
tem cædent trium generum:in quæ causas diuisimus.Nam
& rogare.indicare.rōnem reddere:& alia de quibus supra di
ctum est:uarie atq; ut res uult in materia iudiciali.deli bera/
tiua.demonstratiua solemus.Frequentissime tamen ī his uti
mur ficta ꝑsonarū:quas ipsi substituimus oratione:ut apud
Ciceronem pro Cælio in Clodiam:& Cæcus appius:& Clo/
dius frater:ille in castigationem:hic in rationem morum cō/
positus alloquitur:solent in scholis fingi materiæ ad delibe/
randum similiores cōtrouersiis:& ex utroq; genere cōmixtæ
ut cum apud.C.Cæsarem cōsultatio de pœna Theodoti po/
nitur.Cōstat enim accusatione & defensiōe causæ:qđ ē iudi/
cialiū ꝓpriū.permixta aūt est & utilitatis ratio:an ꝓ Cæsa/
re fuerit occidi Pōpeiū.an timēdū a rege bellū:si Theodotus
sit occisus.an id mīme opportunū hoc tpe & ꝑiculosū.& cer
te lōgū sit futurū.Q uærit & de honesto.deceat ne Cæsarē

ultio Pompeii.an sit uerendũ:ne peiorẽ faciat suarum ptiũ causam:si Pompeiũ idignũ morte fateatur. Quod genus accidere etiam ueritati potest. Non simplex aũt suasorias error in plerisq; declamatoribus fuit: qui dicendi genus in his diuersum: atq; ĩ totum illi iudiciali cõtrariũ esse existimauerunt. Nã & pricipia abrupta: & concitatam semper orationem: & i uerbis effusiorẽ: ut ipsi uocant: cultum affectauerunt: & earũ breuiores utiq; cõmentarios q̃ legalis materiæ facere elaborarunt. Ego porro uti prohœmio uideo nõ utiq; opus esse suasoriis propter quas dixi supra cãs: ita cur initiũ furioso sit exclamãdũ: nõ intelligo: cũ ppposita consultatiõe rogatus sententiã: si modo est sanus: nõ quæritet: sed q̃maxime põt ciuili & humano ingressu mereri assensũ daliberantis uelit. Cur igitur torrẽs: & utiq; equaliter cõcitata sit in ea dicentis oro: Cum uel præcipue moderationem rõnẽq; cõsilia desiderent: Neq; ego negauerim sæpius subsidere in cõtrouersiis impetum dicendi phœmio. narratione. argumẽtis: quæ si detrahas: id fere superest: quo suasoriæ cõstant. Uerũ id quoq; æqualius erit: nõ tumultuosius atq; turbidius. Uerborũ autẽ magnificentia nõ ualidius est affectanda suasorias declamantibus: sed contigit magis. Nã & personæ fere magnæ fingentibus. placent regum. pricipum. populi. senatus: & res ãpliores: ita cũ uerba rebus aptentur: ipso materiæ nitore clarescunt. Alia ueris consiliis ratio est. Ideoq; Theophrastus q̃maxime remotum ab oĩ affectatione ĩ deliberatiuo genere uoluit eẽ sermonẽ: secutus ĩ hoc auctoritatẽ præceptoris sui: q̃q̃ dissentire ab eo non timide solet. Nãq; Aristoteles idoneã maxĩe ad scribẽdũ demõstratiuã. proximãq; ab eo iudicialẽ putauit: uidelicet quoniã prior illa tota eẽt ostẽtatiõis. hæc secũda egeret artis uel ad fallẽdũ: si ita poposcisset utilitas. cõsilia fide prudẽtiaq; cõstarẽt. Quibus in demõstratiua cõsẽtio. Nã & oẽs alii scriptores idẽ tradiderũt. In iudiciis ãt cõsiliisq; secũdũ cõditionẽ ipsius: quæ tractabit̃ rei accõmodãdã dicẽdi credo rõnẽ. Nã & philippicas Demosthenis iisdẽ qbus habitas in iudiciis orõnes uideo emĩere uirtutibus. Et Ciceronis sẽtẽtiæ & cõciões nõ minus clarũ q̃ ẽ i accusatiõib9 ac defẽsiõibus eloquẽtiæ lumẽ ostẽdũt. Dicit tamẽ de suasoria idẽ hoc mõ. Tota aũt oro simplex & grauis: & sẽtẽtiis debet ornatior esse q̃ uerbis. Usũ exẽplorum nonnulli materiæ magis cõuenire merito fere oẽs cõsentiunt: cũ plerũq; uideant̃ respõdere futura præteritis: Habeat̃q; experimentũ uelut quoddã rõnis testimoniũ. Breuitas quoq; aut copia nõ genere materiæ: sed mõ cõstãt. Nã ut i cõsiliis plerũq; simplicior quæstio ẽ: ita sæpe i causis minor. Quæ oĩa uera eẽ sciet: siqs nõ orõnes mõ: sed historias etiã (Nãq; i his cõciões atq; sẽtentiæ plerũq; suadẽdi ac dissuadẽdi fũgunt̃ officio) legere maluerit: q̃ in cõmentariis rhetorum cõ

Chius q psuasit Ptolemeo: ut pompeum curaret iterficiendum ea usus sententia Hominem mortuum nõ mordere. Non simplex autẽ suasorias error. Circa præpositio ẽ ascribenda: ut legatur. circa suasorias. Earum breuiores utiq; commentarios: q̃ legalis materiæ facere elaborarunt. Legalis quidem legitur. Sed cum de toto iudiciali genere uerba faciat forsitan iudicialis rectius legeretur. Huic autem correctioni Fabius ipse paulo post accedere uidetur. Sic enim scribit. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia & cõcitatius sæpe in iudiciis dictũ. & uerba apta rebus i utroq; genere. & breuiores aliquando causarum orationes q̃ sententiarum. Ita cur initium furioso sit exclamãdũ non intelligo. Ne hic quidẽ locus errore caret q̃uis sic fere legatur. mihi autem pro furioso uidetur esse legendum furiose.

Cũ proposita consultatione rogatus sententiã: si modo est sanus: non quæritet. Quiritet prima cũ i littera scripta legendum est nõ quæritet: ut in exẽplaribus scriptum deprehẽdit̃. Est autem quiritare Quiritũ fauorem summo clamore implorare. Ideoq; Theophrastus q̃ maxime remotum ab omni affectione in deliberatiuo genere uoluit esse sermonẽ. Pro affectione mihi uidetur legẽdum esse affectatione. Aperte enim significat Fabius ex sententia Theophrasti atque Aristotelis uerborum effusiorem cultum in consultationibus ac deliberationibus nõ esse affectandũ.

Accommodãdam dicendi credo orationem. Rationem legend um esse satis constat.

Et Ciceronis sentẽtiæ & cõciones. Ciceronis sententias Fabius uocat orationes quas Cicero in senatu habuit. cõciones uero quas ad populum: qualis fuit pro lege Manilia. Tota autẽ oratio simplex & grauis. Hæc i partitionibus oratoriis leguntur. Usum exemplorum nonnulli materiæ magis conuenire merito fere omnes consentiunt. Aut non particula est expungenda. aut ulli legendum. ut sit aut nulli materiæ aut non ulli:

senescere. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia: & concitatius sæpe in iudiciis dictū: & uerba aptata rebus in utroq; genere: & breuiores aliquando causarum orationes q̄ sententiarum. Ne illa qdem ī iis uitia deprehendet: qbus quidam declamatores laborant: quod & cōtra sentientibus inhumane conuiciantur: & ita plerūq; dicūt: tanquam ab iis q deliberant utiq; dissentiant. Itaq; obiurgantibus similiores sūt q̄ suadentibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant: ne aliter q̄ dicturi sint: exerceri uelint: & in dissuadendis morentur. Cæteꝝ cū aduocari cœperint ī cōsilia amicorum. dicere sententiam in senatu. suadere siquid consulet princeps: quod præceptis fortasse non credūt: usu docebūtur.

De partibus causarum iudicialium.

n Vnc de iudiciali genere quod est præcipue multiplex: sed officiis constat duobus intentōis ac depulsionis: cuius partes: ut plurimis auctoribus placuit: qnque sunt prohœmium. narratio. probatio. refutatio. peroratio. His adiecerunt quidam partitionem. propositionem. excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere qdem quæ sis probaturus necesse est: sed & concludere. Cur igitur si illa par causæ est: non & hæc sit? Partitio uero dispositōis est species. ipsa dispositio pars rhetorices: & per omnes materias totumq; earū corpus æq̄liter fusa: sicut inuentio. elocutio. Ideoq; eam non orationis totius partē unam esse credendū ē: sed quæstionū etiam singularū. quæ est quæstio in qua non promittere possit orator: quid primo. qd secundo. qd tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitiōis. Quam ergo ridiculū ē quæstionem qdem speciem esse probatiōis: partitionem autem quæ sit species quæstionis partem totius orationis uocari? Egressio uero uel qd usitatius esse cœpit excessus: siue est extra cām non pōt esse pars causæ: siue est in causa: adiutorium uel ornamentum partium earum est: ex qbus egreditur. Nam si quicquid in causa est: pars causæ uocabitur: cur non argumentum. similitudo. locus communis. affectus. exempla partes uocentur? Tamen nec iis assentior: qui detrahunt refutationē tanq̄ probatiōi subiectam: ut Aristoteles. Hæc enim est quæ constituat. illa quæ destruat. Hoc quoq; idem aliquatenus nouat: ꝙ prohæmio nō narrationē subiūgit: sed propositionem. Verū id facit: quia propositio genus. narratio species uidetur: & hac non semper. illa semper & ubiq; credit opus esse. Verum ex his quas constitui partibus: non ut qcq; primū dicendū: ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet quod sit genus causæ. qd in ea quæratur. quæ prosint: quæ noceant. deinde quid confirmandum sit atq; refellendum sit. tum quomodo narrādū. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse utilis potest: nisi prius constiterit: qd debeat de probatione ꝓmittere. Postremo ītuēdū queadmodū iudex sit conciliandus. nec enim nisi totis causæ partibus diligenter īspectis scire possimus: qualē nobis facere animū cognoscentis expediat. seuerum an mitem. concitatum an remissum. aduersū gratiæ an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim: qui scribendū quoq; prohœmiū nouissime putant. Nam ut conferri materiā oēm: & quid quoq; sit opus cōstare debet: anteq̄ dicere aut scribere ordiamur:

quod in idem recidit.

Et in dissuadendis morent. Pro dissuadēdis mihi desuescendis legēdū uidet: pinde ac si diceret dediscendis.

n Vnc de iudiciali genere. Iudicialiū cāꝝ diuisionē ita subiicit: ut uarias priscoꝝ rhetorū de eaꝝ ptibus opiniones exponat: qbus ꝗ nō assentit pspicue refellit. Sed officiis cōstat duobꝰ itentōis ac depulsionis. Intētio ē orō q̄ crimen debitūue alicui obiiciēs. Depulsio ē orō q̄ crimē debitūue obiectum repellimus. Quæ ē qō in q̄ nō promittere possit orator. Cū dicti supioris assignet rōnē: nā ꝗpticula mihi ascribēda uī ut legat. Quænāq; est qō. Sed ante omnia ītueri oportet. quid sit causæ genus Quod nō quid legendū eē facile est uidere. Nō. n. qd sit causæ genus cōsiderat oraror: cū sibi agēda cā ꝓpōit: sed qd sit causæ ipsius ꝓpositæ genus hoc ē demōstratiuū an deliberatiuū an iudiciale.

Quid ī ea quærat. hoc ē quæ sit ī ea quæstio & status. Nā ut conferri materiā oēm & quid quoq; sit opus cōstare dbet. Oportet uerbum mihi uidet ascribēdū nec nō loco ablatiuus adiiciendus hoc mō. Nā ut cōferri materiā oēm oportet & quid quoq; loco sit opus cōstare. Hoc aūt idē & Cicero ī primo rhetoricoꝝ præcipit. In rhetoricis āt ad Hereniū puerse de exordiis prius q̄ de statibus præcepta traduntur: Ex quo uel solo facile colligitur opusculū illud nō esse Ciceronis.

ita incipiendum ab iis quæ prima sunt. nam nec pingere q̃s q̃ aut fingere cœpit a pedibus. Nec deniq; ars illa consumat̃ ibi: unde ordiendũ est. Quid fiet alioqui si spacium compo nendi orationẽ stilo non fuerit? nõne nos hæc inuersa cũsue tudo deceperit? Inspicienda igitur materia est quo præcipimus ordine. scribenda quo dicimus.

De generibus

c Aeterum causa omnis: in qua pars altera agentis est: altera recusantis: aut unius rei controuersia constat: aut plurium. Hæc simplex dicitur: illa coniuncta. Vna controuersia est per se furti. per se adulterii. plures aut eiusdem generis: ut in pecuniis repetundis. aut diuersi: ut siquis sacrilegii & homicidii simul accusetur: quod nunc in publicis iudiciis non accidit: quoniam pretor certa lege sortitur. principum autem & senatus cognitionibus freq̃uẽs ẽ & populi fuit. priuata quoque iudicia sæpe unum iudicem habere multis & diuersis formulis solent. nec aliæ species erunt: etiam si unus a duobus dũtaxat eãdem rem atque ex eadẽ causa petet: aut duo ab uno: aut plures a pluribus: quod accidere in hæreditariis litibus interim scimus. quia q̃uis in multis personis causa tamen una est: nisi conditio personarum quæstiones uariauerit. Diuersum his tertiũ genus quod dicitur cõparatiuum: cuius rei tractatus in parte causæ freq̃uẽs est: ut cum apud centumuiros post alia quæritur & hoc. uter digni or hæreditate sit. Rarum est autem ut ĩ foro iudicia propter id solum cõstituantur: sicut diuinationes quæ fiũt de accusatore constituendo: & nonnunq̃ inter delatores: uter premiũ meruerit. Adiecerũt quidam numero mutuam accusationẽ quæ ἀντικατηγορία uocatur: aliis uidelicet succedere hãc quoq; comparatiuo generi existimãtibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissime. Id si & ipsum uocari debet ἀντικατηγορία (nã ꝓprio caret nomine) duo ergo erũt genera eius: alterũ quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum quo aliud atq; aliud. Cui & petitionum conditio par est. Cum apparuerit genus causæ: tum intuebimur: negetur ne factum: quod intenditur: an defendatur. an alio nomĩe appelletur. an a genere actionis: unde sũt status.

Quid & quæ sit ratio. iudicatiõ: cõtinẽs: & q̃tenus necessaria

h Is inuentis intuendum deinceps Hermagoræ uidetur: quid it quæstio. ratio. iudicatio: continens: idest συνέχον: uel ut alii uocant firmamentum. Quæstio latius intelligitur oĩs de qua in utrãq; partem uel in plures dici credibiliter põt. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda ẽ:

Nec denique ars illa cõsumatur ibi unde ordiendum est: Vlla legẽdum esse nemo dubitat.

c Aeterũ causa omnis. Causarum iudicialium diuisionem ita subiicit Fabius: ut multa iis adiiciat: quæ a Cicerone uariis in locis de hac eadem re traduntur. Quoniam prætor certa lege sortitur. Hoc ẽ prætor determinata lege de homicidio uel sacrilegio similibusue iudicia constituit Priuata quoq; iudicia sæpe unũ iudicem habere multis & diuersis formulis solẽt. Formulæ dicunt̃ cõceptiones quædam petitionũ: qui nunc libelli uulgo appellant̃. Vnde & formularii sunt dicti. Sicut diuinationes: quæ fiũt de accusatore constituendo. Diuinatio: ut inquit Pædianus dicitur oratio in qua nõ de facto quæritur coniecturas: sed de futuro: quæ est diuinatio: qualis est prima in uerrẽ. uter debeat accusare Cicero an Cecilius. Alii ideo putant diuinationem dici: quod iniurati iudices in eiusmodi causa sedeant: & quod uelint decernere de utroq; possint. alii quod res agatur sine testibus & sine tabulis & his remotis argumenta sola sequantur iudices & quasi diuinent. Quæ ἀντικατηγορία uocatur. ἀντικατηγορία recriminatio trãsferri potest. Sed dicitur mutua accusatio: cuius duas esse species Fabius perspicue exponit. Duo ergo erunt genera eius. Ergo particula ut redundans mihi uidetur expungenda. Cui & petitionum condicio par est. Par littera. s. erasa legẽdum esse manifestius est: q̃ ut sit admonendum. An a genere actionis. Vnde sunt status. Repellatur ascribendum est: ut sit An a genere actionis repellatur.

h Is iũetis. Hermagoræ diligẽtis q̃dẽ rhetoris affectatã subtilitatẽ ac ĩ particulas nimiũ minutas cõcisionẽ, primũ exponit Fabius. deĩde rep̃hendit adeo apte ut nihil enarratõe sit opus. Quid sit qõ. Quæ nõ q̃d mihi legẽdũ uĩ. Nõ. n. d̃finitõnẽ qõis rõisq; & q̃ sequũt̃ ĩuestigãdã oratori ut Hermagoras sed esse ĩtuẽdũ quæ in causa ꝓposita sit quæstio: q̃ rõ & quæ sequũt̃. Vt ãt hæc oratori sunt cõsiderãda: sic rhetori definienda. Quæ

ſtio latius intelligitur omnis. Quæſtio ut inquit Boethus eſt in dubitationem ambiguitatemque adducta propoſitio: ut ſi quæratur An terra ſit nec ne rotunda.

Et ſpeciem in ſpecies diuidi conuenit. Dialectici quidem in indiuidua ſpeciem diuidunt. in alias uero ſpecies diduci non poſſe aiunt: niſi loco generis ponatur: ut animal corporis animati ſpecies: in hominem. leonem. equū diuiditur. Homo uero in alias ſpecies diuidi nō poteſt. Cæterum Fabius ſpeciem pro genere poſuiſſe uidetur. Hanc igitur quæſtionem ueluti principalem ζητημα uocant. ζητημα quæſtio dicitur απο του ζητειν hoc eſt a quærendo. Hoc αιτιον dicitur. αιτιον cauſa trāſfertur ut αιτια. Sūt enim eiuſdem rei nomina diuerſa: q̄q̄ nonnulli aſſerant ea differre. Sed Fabius eorum opinionem im ꝓbare uidet̃. κρινομενον autem iudicatio. κρινομενον ad uerbum interpretatur iudicatū απο του κρινειν hoc eſt a iudicando. Vt in eo qui cū adulteram deprehenſam occidiſſet. Hoc uidetur eſſe thema declamatorium. tametſi uera quoque cauſa forſitan fuit. Lege enim cauetur: ut qui adulterum cum adultera deprehenderit: dum utrunque corpus interficiat: ſine fraude ſit. Quidā adulterum cum adultera deprehenſum domi interficere non potuit. adulterā autem e ueſtigio interfecit. Adulterum deinde in foro inuentum occidit. συνεχον autem quod ut dixi. συνεχον proprie continens interpretatur. Nam συνεχω contineo ſignificat. uariis autem nominibus a lati

altero modo quo dicimus multas quæſtiōes habere cōtrouerſiā: quo etiam minores omnes complectimur: altero quo ſignificamus ſummam illam: in qua cauſa uertitur. de hac nunc loquor: ex qua naſcit̃ ſtatus: an factum ſit. quid factum ſit. an recte factū ſit. Has Hermagoras & Appollodorus & alii plurimi ſcriptores proprie quæſtiōes uocant. Theodorus: ut dixi: capita generalia: ſicut illas miores: aut ex illis pēdentes ſpecialia. Nam & quæſtionem ex quæſtione naſci: & ſpeciem in ſpecies diuidi cōuenit. Hanc igitur quæſtionē ueluti principalem uocant ζητημα. Ratio autem eſt: qua id quod factum eſſe conſtat defenditur. & cur non utamur. eodē quo ſunt uſi fere omnes exemplo: Horeſtes matrem occidit. Hoc conſtat. dicit ſe iuſte feciſſe. ſtatus erit qualitatis. quæſtio an iuſte fecerit. Ratio ꝙ Clytemneſtra maritū ſuū patrem Horeſtis occidit: hoc αιτιον dicitur. κρινομενον autem iudicatio. an oportuerit nel nocētem matrem a filio occidi. Quidam diuiſerūt αιτιον & αιτια: ut eſſet altera propter quā iudicium conſtitutum eſt: ut occiſa Clytēneſtra. altera qua factum defendit̃: ut occiſus Agamemnon. Sed tāta eſt circa uerba diſſenſio: ut alii αιτια cauſam iudicii. αιτιον autem facti uocent. alii eādem ī contrarium uertant. Latinorum quidam hæc initium & rationem uocauerunt. quidam utrunq; eodem nomine appellant. Cauſa quoq; ex cauſa: ideſt αιτιον ex αιτιου naſci uidet̃: quale eſt occidit Agamēnonē Clytēneſtra: quia ille filiā cōmunem imolauerat: & captiuā pellicem adducebat. Idem putant & ſub una quæſtione plures eē rationes: ut ſi Horeſtes & alteram afferat cauſam matris necatæ: quod reſponſis ſit īpulſus. Quot aūt cauſas faciendi totidem iudicatiōes. Nā & hæc erit iudicatio. an reſponſis parere debuerit. Sed & una cā plures habere quæſtiones & iudicationes (ut ego arbitror) pōt: ut in eo qui cum adulterā deprehenſam occidiſſet: adulterum qui tum effugerat: poſtea in foro occidit. Cā eſt una. adulter fuit. quæſtiones & iudicationes. an illo tempore. an illo loco licuerit occidere. Sed ſicut cum ſint plures quæſtiones: omneſq; ſuos ſtatus habeāt: cauſæ tamē ſtatus unus ſit: ad quem referantur omnia: ita iudicatio maxime propria: de qua pronunciatur συνεχον autem quod: ut dixi: continens alii: firmamentum alii putant. Cicero firmiſſimam argumentationē defenſoris & appoſitiſſimam adiudicationem: Quibuſdam id uidetur eſſe: poſt quod nihil quærit̃: quibuſdam id quod ad iudicationē firmiſſ ā affertur. Cauſa facti non in omnes controuerſias cadit. Nā quæ fuerit cauſa faciēdi ubi factum negatur: aut ubi cauſa tractat̃: negant eodem loco eſſe iudicationem: quo quæſtionem: idq; & ī rhetoricis Cicero & in partitionibus dicit. Nam & in coniectura ē quæſtio: ex illo factū nō factū. an factū ſit. ibi ergo iudicatio: ubi qō: qa in eadē re prima quæſtio & extrema diſceptatio. At ī q̄litate matrē Horeſtes occidit. recte nō recte. an recte occiderit. qō. nec ſtati iudicatio: quādo ergo: illa patrē meū occiderat. ſed nō iō tu matrē debuiſti occidere. an debuerit. hic iudicatio. Firmamētū āt uerbis ipſius ponam:

si uelit Horestes dicere eiusmodi animū matris suæ ī patrem suum. in se ipsum:ac sorores.in regnū.ī famā generis:ac familiæ:ut merito ab ea pœnas liberi sui potissimū petere debuerint. Vtunt alii & talibus exemplis q bona paterna cōsūpserit ne cōcionet.in opa publica consūpsit.quæstio.an qsqs consūpserit:prohibēdus sit.iudicatio: an qui sic:uelut in cā militis Arunci:qui Lusium tribunū uim sibi inferētem interfecit.quæstio an iure fecerit.ratio.quod is uim afferebat.iudicatio.an indemnatū.an tribunū a milite occidi oportuerit. alterius ēt status quæstionē:alterius iudicationē putāt.Q uæstio q̄litatis. an recte Clodiū Milo occiderit.iudicatio cōiecturalis.an Clodius insidias fecerit. ponūt & illud sæpe causam in aliquā rem dimitti: quæ nō sit propria quæstionis:& de ea iudicari a quibus multū dissentio Nam & illa quæstio.an omnes q paterna bona consūpserint:concione sint prohibendi:habeat oportet suā iudicationē.ergo nō alia quæstio.alia iudicatio erit:sed plures qōnes & plures iudicatōes.Q uid? nō in cā Milonis ipsa cōiectura referat ad qualitatē.Nam si est insidiatus Clodius:sequitur ut recte sit occisus.Cū uero in aliquam rem missa causa ē: recessum est a quæstione:quæ erat cōstituta.hic quæstio:ubi iudicatio est.Paulū in his secum etiam Cicero dissentit.Nā ī rhetoricis:quēadmodū supra dixi: Hermagorā ē secutus. in topicis ex statu effectā cōtentionem κρινομενον existimat:idq; Trebatio: qui iuris erat consultus:alludens:de q̄ re agit appellat.quibus id contineatur:continentia quasi firmamenta defensionis:qbus sublatis defensio nulla sit.At in partitionibus oratoriis firmamentum:quod opponitur defensioni.quia continens quod primum sit: ab accusatore dicat.ratio a reo.ex rōnis & firmamēti quæstione disceptatio sit iudicationū. Verius igitur & breuius q statū & cōtinens & iudicationem eē uoluerūt.cōtinens autem id eē:quo sublato lis esse non possit. hoc mihi uidet utrāq; causā cōplecti:& q Horestes matrē:& q Clytæmnestra Agamemnonē occiderit.Idē iudicationē & statū consētire sēper existimāt.Nec enī aliud eorum rōni conueniēs fuisset. Verꝝ hæc affectata subtilitas circa noīa reꝝ ābitiose laboret a nobis in hæc assūpta solū:ne paꝝ diligēter inq̄sisse de ope:quod aggressi sumus:uideremur.Siplicius aūt īstituēti nō est necesse p tā minutas reꝝ pticulas rationem dicendi cōcidere.Q uo uitio multi qdē laborauerūt:præcipue tamē Hermagoras uir alioqn subtilis:& ī plurimis admirādus: tātū diligentiæ nimiū sollicitæ:ut ipsa eius reprehēsio laude aliq̄ nō īdigna sit.Hæc aūt breuior & uel ideo lucidior multo uia:nec discētē p ābages fatigabit:nec corpus orōnis ī parua momēta diducendo cōsumet.Nā q̄ uiderit quid sit quod ī cōtrouersiā ueniat.qd in eo & p quæ uelit efficere pars diuersa.quid nr̄a:quod in primis ē intuendū: nihil eorū ignorare de qbus supra diximus poterit. Nec est fere q̄sq̄ mō nō stultus:atq; ab omi prsus usu dicendi remotus:qn sciat:& qd litem faciat:quod ab illis causa uel continēs dicit:& quæ sit inter litigantes quæstio:& de quo iudicari oporteat:quæ oīa idē sūt.Nā & de eo quæstio est:quod ī cōtrouersiā uenit:& de eo iudicat de quo quæ-

nis rhetoribus appellatur

Quibusdam id quod ad iudicationem firmissimā affert. Firmissimum legendum esse constat.

Aut ubi causa tractatur. At legendum est quis exemplaria refragentur: ita sensu exposcente.

Iudicatio an qui si uelut ī causa militis Aurūci Sic littera.c.ascripta legendum esse facile sensus indicat:ut sit An qui sic consumpserit. Velut in causa militis Aurunci. Hoc thema declamatoriū sūptū est de historia.de qua Cicero in oratione p Milone. Extat autem & Fabii super hoc declamatio. Cuius hoc est thema. Bello cymbrico miles Marianus stuprum sibi inferre conantem tribunū militum propinquum Marii occidit. Reus est cædis apud iperatorē. Quid non in causa Milonis ipsa coniectura referatur ad qualitatem. Refertur,a littera expuncta legendum uidetur. In topicis ex statu effectam contētionem κρινομενον existimat. Cicero in topicis sic inquit. Sed quæ ex statu contentio efficitur eam κρινομενον græci uocāt. mihi placet quoniam quidem ad te scribo: qua de re agitur uocari. Quibus autē hæc qua de re agitur continetur: continentia uocentur: quasi firmamenta qbus sublatis defensio nulla sit. Verius igit & breuius qui statum & continens & iudicationem esse uoluerunt. Idem pronomen forsitan est ascribēdum: ut legat. Idem esse uoluerūt. Innuit enim Fabius statum & continens & iudicationem q̄uis nomina sint diuersa: idem tamen significare. Nec corpus orationis in parua momenta deducendo cōsumet. Diducēdo legēdū ē:ut ītelligat diuidēdo

Nec tamen hoc præcipiendum est. Tam ultimis duabus litteris erā sis legendum esse:q̄ particula quæ sequitur eiq; respondet:facile declarat. Aut certa si digressi fuerimus. Certe legēdum esse clare patet. Admonet autem Fabius omnia quæcunq; ab oratore dicuntur:ad iudicationem esse referenda.

Raphaelis Regii in deprauatiões quarti libri oratoriæ Quintiliani institutionis annotationes.

P Erfecto.M.Victori. Attentum maxime reddit lectorem hoc ꝓlogo Fabius dicens & maiorem sibi sollicitudinē iniunctā q̄ quæ iudicium hominū mereatur:& quæ sequuntur maiora ac difficiliora iis esse:quæ in superioribus libris sūt tradita. Idcircoq; se merito hoc loco potissimū inuocare numen Domitiani Imperatoris:ut sibi dexter ac ꝓpicius adesse uelit. Primus aūt huius præfatiōis sensus ita mihi confusus esse uidetur:ut uix percipi possit:nisi unius uerbi emendatione illustretur. ac quæ legatur non quale. Si aūt emereat quoq; legeretur nihil ambiguitatis sensus haberet. Maiorē enim sollicitudinem sibi ait accessisse: q̄ quæ iudicium humanū mereatur: hoc est quæ nō ab hominibus: sed ab ipso Domitiano qui deus appellari uolebat:sit iudicanda. Cū uero mihi domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegauerit curam. Falluntur hoc loco quidā qui asserunt Fabium Quintilianum a Domitiano imperarore nepotibus sororis suæ curatorem datum:longamq; de tutore atq; curatore narrationem a iureconsultis sumunt. Hoc enim Fabius non ait. Sed curā nepotum instituendoꝶ sibi ab imperatore fuisse demandatā scribit. Hinc uero:ut alia omittam:aperte colligit̄:expositiones eas in quibus istiusmodi ineptiæ leguntur:minime ad Laurentium Vallam acerrimo iudicio uirum esse referendas.

Quod si nemo mirat̄ poetas maximos sæpe fecisse. Hac elegātia sæpenumero latini oratores utūtur: ut uerbū facio cū alio uerbo quod per se foret sensui satis: coniungāt: ut hoc loco:fecisse ut inuocarent:satis esset si diceret inuocasse. Sic uero elegantius effertur. Cicero in Catone maiore. Inuitus feci ut. C. Flaminium eiicerem e senatu. pro eo quod est Inuitus eieci. Quo primum. Sic quidem legitur:sed cum primum mihi elegantius legi uideretur. Ipsum quoque in primis. Que non quoque legendum est:ne potius fugillare imperatorem:q̄ ipsi adulari uideatur. Domitianus autem & deus haberi & nuncupari uolebat:ut Sueto

stio est. Sed non perpetuo intendimus in hæc animum & cupiditate laudis utcūque acquirendæ uel dicendi uoluptate euagamur:quādo uberior semper extra causam materia ē. quia in cōtrouersia pauca sunt. extra omnia:& hic dicitur de iis quæ accepimus. illic de quibus uolumus. Nec tā hoc præcipiendum est:ut quæstionem. continens. iudicationem iueniamus. (Nam id quidem facile est) q̄ ut itueamur semper aut certe si digressi fuerimus saltem respiciamus:ne plausū affectantibus arma excidant. Theodori schola ut dixi oīa refert ad capita. his plura intelliguntur. Vno modo sūma quæstio:Item ut status. altero cæteræ quæ ad sūmā referant̄. tertio propositio cum affirmatiōe:ut dicimus:caput rei est apd̄ Menandrum In uniuersum autē: qcqd ꝓbandum est:erit caput:sed id maius aut minus. Et quoniam quæ de his erant a scriptoribus artium tradita uerbosius etiam q̄ necesse erat:exposuimus:Præterea quæ ptes eēnt iudicialiū causaꝶ dictū ē:ꝓxius liber pria & exordia cōcipiet.

M. Fabii Quitiliani de istitutiōe oratoria liber quartus.



Erfecto Marce Victori operis tibi dedicati tertio libro:& iam q̄rta fere laboris parte trāsacta: nouæ insuper mihi diligentiæ causa & altior sollicitudo:q̄ quale iudicium hominum emeret accessit. adhuc enim uelut studia iter nos cōferebamus:& si parum nostra institutio ꝓbaretur a cæteris: cōtenti fore domestico usu uidebamur:ut tui meiq; filii disciplinam formari satis putaremus. Cū uero mihi Domitiānns augustus sororis suæ nepotū deligauerit curam:nō satis honorem iudiciorum cælestium itelligam:nisi ex hoc oneris quoq; magnitudinē metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus:ut eos nō imerito probauerit sanctissimus censor:aut studia:ne fefellisse in his uideat principem:ut in oībus:ita in eloquētia quoq; eminentissimū? Quod si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse:ut non solum initiis operū suoꝶ musas iuocarent:sed ꝓuecti quoq; lōgius cum ad aliquem grauiorem uenissent locum:repeterēt uota:& uelut noua precatione uterentur. mihi quoq; ꝓfecto poterit ignosci:si quod i initio:quo primū hāc materiam incohaui:non feceram. nunc omnes i auxilium deos:ipsū quoq; i primis:quo neq; præsentius aliud

neq; studiis magis proprium numen est: inuocem: ut quãtũ nobis expectationis adiecit: tantum ingenii aspiret: dexterq; ac uolens adsit: & me qualem esse credidit faciat: cuius mihi religionis non hæc sola ratio quæ maxima est: alioqui sic ꝓcedit ipsum opus: ut maiora præteritis ac magis ardua sint: quæ ingredior. Sequitur enim: ut iudicialium causarũ quæ sunt maxime uariæ ac multiplices: ordo explicetur. quod ꝓhœmii officium. quæ ratio narrandi. quæ probatiõum sit fides: seu proposita cõfirmamus: seu contradicta dissoluimus. quãta uis in perorãdo: seu reficiẽda breui repetitiõe rerꝫ memoria ẽ iudicis: siue affectus quod est longe potentissimum commouendi. De quibus partibus singulis quidam separatĩ scribere maluerũt: uelut onus totius corpis ueriti: & sic quoq; compluris de una quaq; earum libros ediderũt: quas ego omnes ausus contexere prope infinitum mihi laborem prospicio: & ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durãdum ẽ: quia cœpimus: & si uiribus deficiemur: animo tamẽ perseuerandum.

De exordio.

Quod principium latine uel exordium dicitur: maiore quadam ratione græci uidentur prohœmium nomĩasse: quia a nostris modo initiũ significatur. Illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei: de qua dicendum sit: ostendũt. Nam siue propterea quod οιμη: cantus est: & citharœdi pauca illa quæ ante q̃ legitimum certamen inchoent: emerendi fauoris gratia canunt: prohœmium uocauerunt. Oratores quoque ea quæ priusq̃ causam exordiantur: ad conciliandos sibi iudicum animos præloquũtur: eadem appellatione signarunt. siue quod οιμον iidem græci uiam appellãt: id quod ante ingressum rei ponitur: sic uocare est institutum Certe prohœmium est quod apud iudicem dici priusq̃ causam cognouerit: possit. Vitioseq; in scholis facimus: ꝙ exordio sic utimur quasi causam iudex iam nouerit: cuius rei licẽtia ex hoc est: ꝙ ante declamationem illam uelut imago litis exponitur. Sed in foro quoq; cõtingere istud principiorum genus secũdis actionibus potest. primis quidem raro: nunq̃ nisi forte apud eum cui res aliunde iam nota sit dicimus. Cã principii nulla alia est: q̃ ut auditorem quo sit nobis in cæteris partibus accõmodatior præparemus. Id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos constat: si beniuolum. attẽtum. docilem fecerimus. nõ quin ista per totã actiõem nõ sint custodienda: sed quia in initiis maxĩe necessaria: ꝑ quæ i animum iudicis: ut procedere ultra possimus: admittamur. Beniuolentiã aut a personis ducimus: aut a causis accipius. sed personarum non est: ut pleriq; crediderint: triplex ratio:

nius refert. Cuius mihi religionis non hæc sola ratio est. Religionem uocat deorum ac Domitiani inuocationem: quam non propter hoc solum fecit hoc loco adhibuisse: quod cura nepotũ sororis Domitiani sibi foret commissa: sed etiam quia maiora præteritis tractare ingreditur: eoque maiori ingenio opus esse. Alioqui sic procedit. Sed particulam ascribendam esse: illud non aduerbium negandi facile ostendit ut legatur. Sed alioqui. hoc est. sed etiam ac præterea. Quæ probationũ sit fides. Probationis duæ sunt partes confirmatio & confutatio. Quanta uis in perorando. concludendo. Duo autem in peroratione fieri solent. Aut enim affectus mouentur: aut breui repetitione eorꝫ quæ dicta sunt: iudicis memoria renouatᷓ. Quidam separatim scribere maluerũt. Qui nam ii fuerint qui separatim de singulis iudicialium causarum partibus scripserint non memini me legisse. Hinc aũt colligit quæ restant præteritis difficiliora esse.

Quod principium latine uel exordium dicitur. Quæ de exordiis a Fabio præcepta traduntur: adeo sunt perspicua atque aperta: dum mendæ absint: ut quisquis in ea aliquam expositionem afferre conatur: in solem lucernam accensam inferre uideatur. Primum autem prohœmium rectius significantiusque a græcis fuisse appellatum q̃ a latinis exordium ostendit. Deinde ad præcepta de exordiis tradenda descẽdit. Prohœmium autem componitur ex hac præpositione græca προ quæ ante significat: & aut οιμη qui cantus dicitur quasi ante cantum & tunc sine aspiratione scribitur. aut οιμος quæ uia interpretatur quasi ante uiam: & tunc cum aspiratione scribitur. Illa uelut imago litis exponitur. Thema & argumẽtum declamationum imaginem litis Fabius uocat. Nã thema illud quod nũc ante declamationes scribitur: solebat in scholis anteq̃ aliquis declamaret prælegi atque exponi: indeque auditores causam cognoscebant. Raro. Nunquã. Sic distinguenda sunt ne copulenᷓ. Est enim correctio eius quod dixerat raro.

Beniuolētiam autem. Aut legendum esse non autem facile quæ sequuntur ostendūt Beniuolentia nanq̄ aut a personis aut a causis conciliatur. Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas sit. ut aduerbium cum indicandi modo copulari solet. non ita cū subiunctiuo. Quare loco illius sit mihi est uidetur esse legendū. Et impares agentium e cōtra ingeniis. E contra non dici grammatice ne dicam latine nemo est ex eruditioribus qui ignoret. Aut enim e contrario aut contra latine loquētes dicunt. Contra igitur e uocali erasa legēdum est. Quē iusticia sua minime timet. Sic quidem recte legi putatur: ut iusticia sua ad patronum referatur. Sed iusticiæ suæ legendum esse contenderim: ut intelligatur iudex eum patronū libentissime audire quem iusticiæ suæ insidiari minime timet: ut cum dicimus timeo amici sanitati. Iusticia enim religioso iudici maxime cara eē solet. Etenim partis aduersæ patronus. Etiam pro illo etenim legendum esse clare patet. Et ut ea suspecta sint iudici. Et copula est expungenda. Degustanda tamen hæc prohœmio consumanda. Nō particula a librariis prætermissa ascribenda est: ut legatur. non consumanda. In epilogo nanque omnibus uiribus mouentur affectus: qui in prohœmio solum degustantur atque attinguntur. Pluraque augenda. Pleraque legendum esse nemo non uidet Augere autem quæ causæ ꝓsunt ac diminuere quæ nocent: munus est oratoris maxime proprium. Illud causæ. Ea scilicet habere quæ imperiti quoque dicere possint. Et ego pro regina Beronicæ. Multæ fuerunt Beronicæ ægyptiorum regum fere uxores. Hæc uero cuius causam se egisse iudicante ipsa Fabius ait: filia fuit Herodis iudeorū regis: & Agrippæ itidem iudeorum regis soror: quam Ti

ex ligatore: & aduersario: & iudice. Nam exordium duci nōnunq̄ etiā ab actore causæ solet. q̄q̄ enī pauciora de se ipso dicit: & parcius: plurimum tamen ad omnia momēti est in hoc positū: si uir bonus creditur. sic enī continget: ut nō studiū aduocati uideat̄ afferre: sed pene testis fidem. Quare in primis existimet̄ uenisse ad agendum ductus officio uel cognatōis uel amicitiæ: maximeq̄ si fieri pōt reipu. aut alicuius certe nō mediocris exempli. Quod si ne dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est: ut ad agēdum magna atq̄ honesta rōne: aut etiam necessitate accessisse uideātur. Sed ut præcipua ī hoc dicētis auctoritas sit: si oīs ī subeūdo negocio suspicio sordiū: aut odiorum: aut ābitiōis absfuerit. Ita quædā ī iis quoq̄ cōmēdatio tacita: si nos īfirmos & īpares agentiū e cōtra īgeniis dixerimus: qualia sūt pleraq̄ Messale ꝓhœmia Est enī naturalis fauor ꝓ laborātibus. & iudex religiosus libentissime patronū audit: quē iustitiæ suæ mīme timet. Inde illa ueteꝝ circa occultādā eloquētiam simulatio multū ab hac nostroꝝ tēporū iactatiōe diuersa. Vitādū etiā ne cōtumeliosi. maligni. sup̄bi. maledici ī quēq̄ hominē ordinē ue uideamur: præcipue eorū: qui lædi nisi aduersa iudicū uolūtate nō possūt. Nā in iudicē nequid dicat̄ nō mō palam: sed quod oīo intelligi possit: stultū erat monere: nisi fieret. Etenī partis aduersæ patronus dabit exordio materiā interī cū honore: si eloquētiā eius ac gratiam nos timere fingendo: & ut ea suspecta sint iudici fecerimus. Interim per contumeliā: sed hoc ꝑ q̄raro: ut Asinius ꝓ Vrbiniæ hæredibꝫ Labienū aduersarii patronū īter argumēta causæ malæ posuit. Negat hæc esse ꝓhœmia Cornelius Celsus: q̄ sint extra litē. Sed ego tum auctoritate sūmoꝝ auctorum magis ducor: tū ꝑtinere ad causam puto q̄cquid ad dicentem pertinet: cū sit naturale ut iudices iis quoq̄ libentius audiūt: etiā facilius credāt. Ipsius aūt litigatoris persona tractāda uarie est. Nā tum dignitas eius allegat̄. tum cōmendatur infirmitas. nōnunq̄ cōtingit relatio meritoꝝ: de q̄bꝫ uerecūdius dicēdū erit sua: q̄ aliena laudanti. Multum agit sexus: ætas. cōditio: ut ī fœminis. senibus. pupillis liberos. parētes. cōiuges allegantibus. Nam sola rectū quoq̄ iudicem īclinat miseratio. degustanda tamen hæc ꝓhœmio cōsumanda. Aduersarii uero persona ꝑpe iisdē omnibus: sed e cōtrario ductis īpugnari solet. Nā & potētes sequit̄ inuidia. & humiles abiectosq̄ contemptus. & turpes ac nocentes odiū. Quæ tria sūt ad alienādos iudicū aīos potētissima. neq̄ hæc dicer̄ satis est: q̄d dat̄ ēt īpitis. pleraq̄ augēda aut mīuēda: ut expediet. Hoc. n. oratoris ē. illđ causæ. Iudicē conciliabimus nobis nō tantū laudando eū: quod & fieri cum mō debet: & est tamen parti urtiq̄ cōe: Sed si laudē eius ad utilitatem nostræ causæ cōiunxerimus: ut allegemus ꝓ honestis dignitatē illi suā. ꝓ humilibus iustitiā. pro īfœlicibꝫ misericordiam. ꝓ læsis seueritatē: & similiter cætera. Mores quoq̄ si fieri pōt

tus ut narrat Suetonius unice amauit. De hac uero meminit etiam Iuuenalis in satyra Credo pudicitiam: cũ inquit. Deinde adamas notissimus & Beronices In digito factus prætiosior. Hunc dedit olim Barbarus incestæ. dedit hunc Agrippa sorori. Quænam uero fuerit ea causa cui se Fabius affuisse scribit: non memini me legisse. Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. hoc est prædicat se iustam habere causam: iusticiæq; cognoscentis magis confidere q̃ cupiditatem timere. Patronus timet cognoscentis uerecundiam. hoc est metuit ne uerecundia motus pro aduersario contra seipsum sententiam ferat. Vt idem in uerrem. Secundam ĩ uerrem actionem Cicero sic exorditur. Quod erat optandum maxime iud. & quod unum ad inuidiam uestri ordinis infamiamq; iudicioꝝ sedandam maxime pertinebat: id non humano consilio sed prope diuinitus datum atque oblatum uobis summo reip. tẽpore uidet. Inueterauit enim iam opinio perniciosa reip. uobisque periculosa: quæ non modo apud exteras nationes: sed omnium sermone percrebruit iis iudiciis quæ nunc sint pecuniosum hominem q̃uis sit nocens: neminem posse damnari. & quæ sequuntur. Ne iudicia trãsferantur. hoc est ne iudicandi ius & potestas ad equestrem ordinem ab senatorio transferat: quod q̃dẽ aliquãdo fuit factũ. Tibe. n. gracchus ut Pædianus refert: legẽ tulit: ut eq̃tes Romani iudicarẽt. Iudicauerũt q̃ p annos trigĩta sine infamia. Post uictor Sylla leges tulit: ut Senatorius ordo iudicaret. & iudicauit per decem annos turpiter. Aurelius deinde cotta legem tulit: ut senatores & equites Romani ac Tribuni ærarii simul iudicarent. Alter autem asper & rarus: quo minatur corruptis accusationem. Septima in uerrem actione sic corruptis iudicibus Cicero minatur. Deliberatum autem est: si res opinionẽ meam: quã de uobis habeo fefellerit: non modo eos persequi: ad quos maxima culpa corrumpendi iudicii: sed etiã illos ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Proinde si qui sunt: qui in hoc reo aut potẽtes aut audaces aut artifices ad corrumpendum iudicium uelint esse: ita sint præparati: ut disceptante populo Romano mecum sibi rem uideant futuram. Et si me in hoc reo quem inimicũ Siculi dederunt satis uehemẽtem. satis perseuerantem. satis uigilantẽ esse cognorunt: existiment in iis hominibus: quorum ego inimicicias populi Romani salutis causa suscepero multo grauiorem atque acriorem futurum.

iudicis uelim nosse. Nam prout asperi. leues. iucũdi. graues. duri. remissi erunt: aut assumere in causam naturas eorum q̃ competent: aut mitigare: qua repugnabunt oportebit. Accidit autem ĩterim hoc quoque: ut aut nobis inimicus: aut aduersario sit amicus: qui iudicat: quæ res utriq; parti tractanda est: ac nescio an ei magis in quem uidetur propẽsior. Est enim nonnunq̃ prauis hic ambitus aduersus amicos: aut pro iis quibus cum simultates gerant pronunciandi faciendiq; ĩiuste: ne fecisse uideantur. Fuerunt etiam quidam rerum suarum iudices. Nam & in libris obseruationũ a septimo editis affuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Et ego pro regina Beronicæ apud ipsam causam dixi. Similis hic quoq; superioribus ratio est. aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. patronus timet cognoscentis uerecundiam. Præterea detrahenda uel confirmanda opinio: siquam præcipue domo uidebitur iudex attullisse. Metus etiam nonnunq̃ est amouendus: ut Cicero pro Milone ne arma Põpeii disposita cõtra se putarent: Laborauit. nonnunq̃ adhibendus: ut idem ĩ Verrem facit: sed adhibendi modus: alter ille frequens & fauorabilis. ne male sentiat populus romanus. ne iudicia trãsferantur. alter autem asper & rarus: quo mĩatur corruptis accusationẽ. & id quidẽ in concilio ampliore utcunq; tutius. nam & mali ĩhibentur & boni gaudent. apud singulos uero nũq̃ suaserĩ: nisi defecerint omnia: quod si necessitas exigit: non erit iam ex arte oratoria non magis q̃ appellare. Etiam si id quoq; sæpe utile est: aut ante q̃ pronunciet reum facere. Nam & mĩari & deferre etiam nõ orator põt. Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit: ex hac potissimum aliqua ĩ usũ principii: quæ maxime fauorabilia uidebuntur: decerpi oportebit. Quo in loco Virginius fallitur: qui Theodoro placere tradit: ut ex singulis q̃onibus singuli sẽsus ĩ ꝓhœmiũ cõferãtur. Nã ille nõ hoc dicit: sed ad potentissimas q̃ones iudicem præparãdum: ĩ quo uitii nihil erat: nisi in uniuersũ id præci-

Non magis q̃ appellare: hoc est ad superiores iudices prouocare: quod quidem etiam ab iis qui non sunt oratores optime fieri potest. Appellare autem accusatiuum exposcit sine præpositione. Prouocare uero cum præpositione ut Prouoco ad senatum. Reum facere. Accusare. Peragere autem reum significat damnare. Quo in loco Virginius fallitur. Hinc aperte colligimus eos decipi: qui rhetoricam ad Herenium Virginio putant ascribendam: cum ea quæ a Virginio ipso tradita Fabius ait: in eo opusculo non legantur. Nisi quis forte dicat alia quoq; opera de arte dicendi composita fuisse

Quod nec omnis actio patitur. In primis nanque actionibus ad potentissimas quaestiones iudex praeparari non potest: cum ipsi nondum causa cognita sit. Sed non ante conciliato eius animo. Sic quidem legitur: sed mendose ut mihi quidem uidetur. Nullus enim integer sensus elici potest nisi aut non negandi aduerbium expungatur aut nisi particula: quod quidem mihi magis placet: ascribatur. hoc modo. Sed non nisi ante conciliato eius animo. Nam nisi conciliato iudicis animo asperitatem quaestionum non esse tractandam Fabius praecipit. Committetur. componetur atque tractabitur. Siue quod passi sumus. Quid legēdum est non quod. Sed haec quae supra dixi non mouere tantum animum. Superflue hic animum ascriptum esse facile contenderim: cum uerbum ad quod referatur non habeat. Mouere praeterea hoc loco temptare atque tractare significat. ut intelligamus prohoemii opus esse non ea solum temptare atque attingere: quibus animi commouentur: sed e contraria quoque parte tractata amoliri ac discutere atque depellere. Duci potest. Dici legendum est. Vnde principium pro Caelio. Oratiōis pro Caelio exordium a tempore est sumptum. Siquis iudices forte nūc adsit ignarus legum iudiciorum consuetudinis nostrae: miretur profecto: quae sit tanta atrocitas huiusce causae: quod diebus festis ludisque publicis omnibusque negociis forensibus itermissis: unum hic iudicium exerceatur: nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur: ut eo neglecto ciuitas stare nō possit. & quae sequuntur. Locus. unde pro Deiotaro. Partem quidem exordii orationis pro Deiotaro a loco sumpsit Cicero. Inquit enim. Moueor etiā loci ipsius insolentia: quod tantam causam quanta nulla unq̄ in disceptatione uersata est: dico intra domesticos parietes. dico extra conuentum & eam frequentiā: in qua oratorum studia niti solent. in tuis oculis in tuo ore uultuque acquiesco. Te unum intueor. ad te unum omnis mea spectat oratio. Quae mihi ad spem optinendae ueritatis grauissima sunt. ad motum animi & ad omnem impetū dicendi cōtentionemque leuiora. & quae sequuntur. Habitus unde pro Milone. Exordium pro Milone a noua iudicii forma habituque sumptum esse facile uidebit: qui ipsum leget. Opinio: unde in uerrem. Cicero primam in uerrem actionem sic exorditur: ut dicat se scire quosdam mirari: quod is qui per tot annos defenderit multos. leserit neminem: ad accusandum uerrem descenderit. Sic enim inquit. Siquis uestrum iudices aut eorum qui adsunt forte miratur me qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sum uersatus: ut defenderim multos leserim neminem: subito nunc mutata uoluntate ad accusandū descēdere:

peret: quod nec omnis actio patitur: nec omnis causa desiderat. nam protinus a petitore primo loco dum ignota iudici lis est: quomodo ex quaestionibus ducemus sententias? nimirum res erunt indicandae prius. demus aliquas. Nam id exigit ratio nonnunq̄. etiam ne potentissimas omnes: idest totā causam? sic erit ī prohoemio peracta narratio. Quid uero? si ut frequenter accidit paulo est durior causa: non beniuolētia iudicis petenda ex aliis partibus erit? sed non ante conciliato eius animo nuda quaestionum cōmittetur asperitas: quae si recte semper initio dicendi tractarentur: nihil prohoemio opus esset. Aliqua ergo nonnunq̄ quae erunt ad conciliandū nobis iudicem potentissima: non inutiliter interim ex quaestionibus in exordio uocabuntur. Quae sint porro in causis fauorabilia: enumerare non est necesse: quoniam & manifesta erunt cognita cuiusq; controuesiae conditione: Et oīa colligi in tanta litium uarietate non possunt. Vt autem hoc inuenire & augere: ita quod ledit aut oīno repellere: aut certe minuere ex causa est. Miseratio quoq; aliquando ex eadem uenit: siue quid passi sumus graue: siue passuri. Nec enim sum in hac opinione: qua quidā: ut eo distare prohoemium ab epilogo credam: quod in hoc praeterita. in illo futura dicantur: Sed quod in ingressu parcius & modestius praetemptanda ē iudicis misericordia. In epilogo uero liceat totos effundere affectus: & fictam orationem induere personis: & defūctos excitare: & pignora eorum producere: quae minus exordiis sunt usitata. Sed haec quae supra dixi: non mouere tantū animum: uerum ex diuerso amoliri quoq; prohoemio opus est. Vt autem nostrum miserabilem: si uincamur exitum ita aduersariorum superbum: si uicerint utile est credi. Sed ex iis quoq; quae non sunt personarum nec causarum: uerum adiuncta personis & causis: duci prohoemia solent. Personis applicantur non pignora modo: de quibus supra dixi: sed ꝓpinquitates. amicitiae: īterim regiōes etiam ciuitatesq;: & siquid aliud eius quem defēdimus causa dici potest. Ad causam extra pertinet tempus: unde principium pro Caelio. locus: ūde pro Deiotaro. habitus: ūde pro Milone. opinio: ūde ī Verrē

Deinceps ne omnia enumerem: fama iudiciorum. expectatio uulgi. nihil enim horum in causa est. ad causam tamē ptinet. Adiicit Theophrastus ab oratione principium: quale uidetur esse Demosthenis pro Ctesifōte: ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis: q̄ eo modo quem accusator actione præscripserit. Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ laborare. faciunt fauorem & illa pene cōmunia: nō tamē omittenda: uel ideo ne occupentur: optare. abhominari. rogare. sollicitum agere: quæ plerunq; attentum iudicem faciunt: si res agi uidetur noua. magna. atrox. pertinēs ad exemplum. præcipue tamen si iudex aut sua uice: aut rei. p. commouet: cuius animus spe. metu. admonitione. precibus. uanitate deniq; si id profuturum credimus: agitādus est. Sunt & illa excitandis ad audiēdum non īutilia: si nos nec diu moraturos. nec extra causam dicturos existiment. Docilem sine dubio: & hæc ipsa præstat attentio. sed & illud si breuiter: & dilucide sūmā rei de qua cognoscere debeat īdicarimus: quod Homerus atq; Vergilius operum suorū principiis faciunt. Nā istius rei modus est: ut propositioni similior sit q̄ expositiōi. nec quomodo qcq; sit actum: sed de quibus sit dicturus orator: ostendat. nec uideo quod huius rei apud oratores possit reperiri melius exēplū q̄ Ciceronis pro Cluentio. animaduerti iudices omnem accusatoris orationem ī duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti & magnopere confidere uidebatur inuidia iam inueterata iudicii iuniani. alteram tātummō cōsuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem ueneficii criminum: qua de re lege hæc est quæstio cōstituta. Id tamen totum respōdenti facilius est q̄ proponēti: quia hic admonendus iudex. illic docendus ē. Nec me q̄q̄ magni auctores in hoc duxerint: ut non semper facere attentum ac docilem iudicem uelim: nō quia nesciam id quod ab illis dicitur: esse pro mala causa: qualis ea sit nō intelligi. Verum quia istud non negligentia iudicis contingit: sed errore. dixit enim aduersarius: & fortasse psuasit. nobis opus ē eius diuersa opiniōe: quæ mutari nō potest: nisi illum fecerimus ad ea quæ dicemus: docilem & attētum. Quid ergo? imminuenda quædam & leuanda & quasi cōtemnenda esse cōsentio ad remittendā intentiōem iudicis: quam aduersario præstat: ut fecit p Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa q̄ ut Cæsar minus se in rem tanq̄ non nouam intenderet? Quid pro Cælio? q̄ ut res expectatione minor uideret. Verum ex his quæ proposui: aliud in alio genere causæ desiderari palam est.

Genera porro causarum plurimi fecerūt: honestum. humile. dubiū uel āceps. admirabile. obscurū: idest ενδοξόν. ἄδοξον: ἀμφίδοξον παράδοξον. δυσπαρακολου

si mei consilii causam rationemq; cognouerit una & id quod facio pbabit: & ī hac causa profecto neminem mihi esse præponendum actorem putabit. & quæ sequuntur.

Quam eo modo quem accusator actione præscripserit. I uocali in a conuersa præscripserat mihi legendum uidetur. Petierat autem a iudicibus Aeschynes: ne paterētur Demosthenem uagari: sed eo ordine sibi respondere: quo ipse proposuerat: cogant. Quæ plerunque attentum iudicem faciunt. Sic quidem recte legi uidetur. sed si quoque particula ascriberetur: fortasse rectius legeretur. hoc modo. Quæ plerūque attentum quoque iudicem faciunt. Nam optare & reliqua: quæ enumerātur: non solum iudicem conciliant: sed etiam attentum reddunt. Vt propositioni similior sit q̄ expositiōi. Summa rei in breuem propositionem confertur: cum non quo modo quicque sit gestum exponit: sed de quibus uerba futura sint significat. ut De Cn. nanque Pompeii laudibus mihi est dicendum. Vt fecit pro Ligario Cicero. Ab ironia orationem pro Ligario Cicero inchoauit hoc modo. Nouum crimen. C. Cæsar & ante hunc diem inauditnm propinquus meus ad te. Q. Tubero detulit. Q. Ligarium in Africa fuisse. & quæ sequuntur. Quid p Cælio? Pro Cælio ita exorditur Cicero: ut de teterrimo scelere agi posse ignaris uideri dicat: Deinde ita rē extenuat: ut iudicium de nullo Cælii crimine constitutū esse ostēdat.

Genera porro cāz. Cū ī tertio libro genera cāz tria eē dixerit Fabius: parum scite hoc loco uidetur eoz accedere opinioni: qui genera ipsa causaz quinque esse aiunt. Sed materia rhetorices superius in tria genera causarum distincta est. Hoc loco autem qualitas causarum in quinque genera separatur. Aliæ nanque causarum sunt honestæ. aliæ humiles. aliæ dubiæ. aliæ admirabiles. aliæ obscuræ. Græcis uero nominibus: quæ latinis respondeant: quinque hæc genera a Fabio explicantur. ενδοξον nāque dicitur honestum siue gloriosum: quod εν δοξα hoc ē hominum opinione sit: αδοξον humile ac uile quod in nulla sit hominum opinione. αμφιδοξον du

biũn. παράδο/ ξον præter opini onem & ideo ad/ mirabile. δυσπα ρακολούθητον obscurum:quod difficulter quis as sequi potest. Maxime ubi fors cau sæ. Frons ut lega/ tur sensus expo/ scit. Tunc enim frons causæ pa/ rum honesta ui/ detur: cum præ se fert quandam impudentiam ac turpitudinem. Frons autem cau sæ est ingressus ac principium cau/ sæ. Et quidem quibus aduersus hæc. Quidã non quidem legendũ est. & morem nõ mortem. & extra henda non extra/ hendæ. Eos autẽ reprehendit Fabi us qui sibi mate/ rias fingunt: insi nuationesq; com ponunt. Cũ enim causæ sint infini/ tæ: nihil aut cer/ te parum prode/ rit: quo modo in duabus tribusue causis uti insinua tione debeamus nisi generalia præ cepta didiceri/ mus. Vt pro Ra birio Posthumo Cicero. Hoc nan/ que modo exor/ ditur. Si quis est Iudices: qui. C. Rabirium: quod fortunæ suæ fun datas atque opti/ me constitutas opes potestati re/ giæ libidinique commiserit: re/ prehendendum putet: ascribat ad iudicium suum, non modo meã:

θητον. Sũt qbus recte uideatur adiici turpe:quod alii humili.alii admirabili subiiciũt. Admirabile aũt uocant quod est præter opinionem hominũ cõstitutũ. In ancipiti maxime beniuolũ iudicẽ.i obscuro docilẽ.i humili attẽtũ parare debemus. Nã honestũ qdem ad cõciliationẽ satis p se ualet. In admirabili & turpi remediis opus est. Et eo qdã exordiũ in duas diuidunt ptes:i principium & insinuationem:ut sit in principiis recta beniuolentiæ & attentiõis postulatio:quæ quia esse in turpi genere causæ non possit: Insinuatio surrepat animos:maxime ubi fors causæ non satis honesta ẽ:uel qa res sit improba:uel quia ab hominibus parũ pbetur:aut si facie ipsa quoq; præmitur:uel inuidiosa consistentis ex diuerso patroni:aut patris uel miserabilis senis.cæci.infantis. Et quidem quibus aduersus hæc modis sit medendum uerbosius tradunt:materiasque sibi ipsi fingunt:& ad mortẽ actionum persequuntur. Sed cum hæc oriantur ex causis:quarum species cõsequi omnes nõ possumus:nisi generaliter comprehendantur:in infinitum sunt extrahendæ. Quare singulis consilium ex ppria rõne nascetur. Illud in uniuersum præceptum sit:ut ab iis quæ lædunt ad ea quæ prosunt refugiamus. Si enim causa laboramus:persõa subueniat.si persona:causa.si nihil quod nos adiuuet erit:quæramus quid aduersarium lædat. Nam ut optabile est plus fauoris mereri:sic pximum odii minus. In iis quæ negari nõ poterunt:elaborandum:ut aut minora q̃ dictum est:aut alia mente facta: aut nihil ad præsentem quæstionem pertinere:aut emendari posse pœnitẽtia:aut satis iam punita uideantur. Ideoque agere aduocato q̃ litigatori facilius:quia & laudat sine arrogantiæ crimine:& aliquãdo utiliter etiam reprehendere põt. Nam se quoque moueri interim finget:ut p Rabirio Posthumo Cicero:dum aditum sibi ad aures facit:& auctoritatem induit uera sentientis:quo magis credatur:uel defendenti eadem uel neganti. Ideoq; primum hoc intueamur litigatoris an aduocati persona sit utendum:quotiens utrunq; fieri potest. Nam illud in schola liberum est.in foro rarũ:ut sit idoneus suæ rei quisque defẽsor. Declamaturus autem maxime positas in affectibus causas ppriis personis debet induere. Hi sunt enim qui mãdari nõ possunt.nec eadem ui perferuntur alieni animi:qua sui motus. His etiam de causis insinuatione uidetur opus esse:si aduersarii actio iudicum animos occupauerit:uel si dicendum apud fatigatos est:quorum alterum promittendo nostras probatiões:& aduersas eluendo uitabimus. alterum & spe breuitatis:& iis quibus attentum fieri iudicem docuimus:& urbanitas opportuna reficit aĩos:& ũdecũque petita iudicis uoluptas leuat tediũ. Non inutilis etiam est ratio occupandi:quæ uidentur obstare: ut Cicero dicit:scire se mirari quosdam:q̃ is qui per tot annos defenderit multos. læserit neminem:ad accusandum Verrem descenderit. deinde ostẽdit hãc ipsam sociorum defensionem:quod schema prolepsis dicitur. Id cum sit utile aliquando:nunc a declamatoribus quibusdam pene semper assumitur:q fas non putant:nisi a contrario incipere. Negant Apollodorum secuti tres esse de quibus diximus præparandi iudicis partes. Sed multas species enumerant:ut ex moribus iudicis.ex opinionibus ad causam extra pertinentibus.ex opinione de ipsa causa:quæ sunt prope infinitæ:tum iis ex quibus

omnes cõstant cõtrouersiæ: psonis. factis. dictis. causis. tẽporibus. locis. occasiõibus cæteris: quas ueras eẽ fateor. Sed ĩ hæc tria genera recidere. Nã si iudicẽ beniuolũ. attentum. docilem habeo: quid amplius debeã optare nõ repio: cũ metus ipse qui maxime uidet̃ esse extra hæc: & attentũ iudicẽ faciat: & ab aduerso fauore deterreat. Verum quoniã nõ est satis demonstrare discẽtibus: quæ sint in rõne prohœmii: sed dicẽdũ etiã quomõ pfici facillime possint: hoc adiicio: ut dicturus ĩtueat̃. Quid. apud quẽ. pro quo. cõtra quẽ. quo tẽpore. quo loco. quo rerũ statu. qua uulgi fama dicẽdũ sit. qd iudicem sentire credibile sit ante q̃ ĩcipiamus. tum quid aut desideremus: aut deprecemur. ipsa illum natura eo ducet: ut sciat qd primum dicendũ sit. At nũc omne quod cœperit: prohœmiũ putant: & ut quicq; succurrerit: utiq; si aliqua sentẽtia blãdiat̃ exordium. Multa aũt sine dubio & aliis partibus sũt causæ cõmunia. nihil tamen in quoq̃ melius dicit̃: q̃ q̃ æque bene dici alibi nõ possit. Multum grãæ exordio est: quod ab actione aduersæ partis materiã trahit: hoc ipso quod non compositũ domi: sed ibi: atq; e re natum: & facilitate famam ingenii auget: & facie simplicis sũptiq; ex proxĩo sermõis fidem quoq; acquirit: adeo ut etiam si reliqua scripta atq; elaborata sint: tamen plerunq; uideatur tota extemporalis orõ: cuius initium nihil præparatũ habuisse manifestũ est. Frequẽtissime uero prohœmium decebit: & sententiarum & compositiõis & uocis & uultus modestia: adeo ut in genere causæ etiam indubitabili fiducia se ipsa nimium exercere non debeat. Odit enĩ iudex fere litigantis securitatẽ: cumq; ius suũ intelligat: tacitus reuerẽtiam postulat. Nec minus diligenter: ne suspecti simus ĩ ulla pte uitandũ: ppter quod minime ostentari debet in prĩcipiis cura: qa uidet̃ ars oĩno dicentis contra iudicem adhiberi: Sed ipsum istud euitare sũmæ artis. Nam id sine dubio ab omnibus: & quidem optime præceptum est. Verum aliquatenus temporũ conditiõe mutat̃: quia iam quibusdam in iudiciis maximeq; capitalibus: ut apud centũuiros: ipsi iudices exigunt sollicitas & accuratas actiones: contẽniq; se: nisi in dicendo etiã diligentia appareat credũt. nec doceri tantũ: sed etiã delectari uolũt. Et ẽ difficilis huius rei moderatio: quæ tamen ita temperari põt: ut uideamur accurate non callide dicere: Illud ex præceptis ueteribus manet: ne quod insolens uerbum. ne audacius translatum. ne aut obsoleta uetustate: aut poetica licẽtia sumptũ in principio deprehendatur. Nondum enĩ recepti sumus. & custodit nos recens audientium intẽtio. magis cõciliatis animis: & iam calentibus hæc libertas feretur: maximeq; cum ĩ locos fuerimus ingressi: quorum naturalis ubertas licentiã uerbi notari circunfuso nitore non patitur. Nec argumentis autem: nec locis: nec narrationi similis esse in prohœmio debet oratio. Nec tamẽ deducta semper atq; circunlata: sed sæpe simplici ac ĩelaboratæ similis: nec uerbis uultuque nimia promittẽs. Dissimulata enim & ut græci dicunt: αν επιφαντοσ actio melius sæpe surrepit. Sed hæc pro-

sed huius eẽ ipsius qui cõmisit sententiam. & quæ sequũtur. Quod schema προληψισ dicit̃. προληψισ sniæ figura est: quæ præsumptio ad uerbũ transferri põt. Hac aũt figura utunt̃: qui tacitis obiectionibus occurrũt: eaq; occupãt quæ contra dici possent. Nihil aũt ĩ quoq; Pro quoq; legẽdũ est quoq.
Adeo ut ĩ genere causæ ẽt ĩdubitabili fiducia se ipa nimiũ exercere nõ debeat. Sic qdẽ recte legi uidet̃. Sed nisi c. lrã expuncta exerere legat̃: uerus sensus non pcipietur. Exerere nãque est detegere atq; denudare. Fiduciã uero Fabius in phœmio tegendã non denudandã atq; ostentandã esse ait. Nec minus diligenter: ne suspecti simus in ulla parte uitandum. Pro ulla legẽdũ est illa: ne Fabius inepte præcipere uideatur. Diligẽter. n. uitãdum est: ne ĩ illa parte hoc est phœmio suspecti iudici uideamur: ne forte putet nos sibi artificiosa orõne ĩsidiari. Maximeq; cum in locos fuerimus ĩgressi. Quos appellat hic Fabius locos? An locos cõmunes propriosq; uniuscuiusq; causæ qbus & magna uis iudicũ nimis affert̃ & factum unum quodq; laudatur aut uituperat̃. ac iustum uel iniustum. maius uel minus. asperius aut mitius esse pbatur. ac deniq; quibus iudex mouetur. Huiusmodi uero loci: ut Fabius ipse in quinto præcipit: interdum singulis quæstionibus subiiciuntur Nec ignoro locos uocari ẽt propositionum sedes: unde ad propositam causam conueniens trahitur propositio ut in causa coniecturali Petitionem testium. uoluntatem. potestatem. & similes qui etiam principales loci a quibusdam uocantur. a quibus secundarii etiam loci dicuntur: unde argumenta dicuntur. Nam locus proprie est argumenti sedes. Sed de huiusmodi locis Fabius hic

ut formari animum iudicum expediet. Turbari memoria uel cōtinu
andi uerba facultate destitui:nusq̄ turpius:cum uitiosum prohœmi/
um possit uideri cicatricosa facies.& pessimus certe gubernator:qui
nauem dum portum egreditur impegit.Modus autem principii pro
causa.Nā breuius simplices. longius perplexæ suspectæq; & īfames
desiderant.Ridendi uero q uelut leges ꝓhœmiis omnibus dederunt:
ut ītra quatuor sensus terminarent̃.Nec minus euitāda ē immodica
eius longitudo:ne in caput excreuisse uideat̃:& quo præparari debet
fatiget. Sermonē a persona iudicis auersum:qui ἀποστροφη dicitur:
quidam ī totum a prohœmio summouēt: nonnulla quidem in hanc
persuasionem ratione ducti.Nā prorsus eē hoc magis secundum na/
turā confitendum est:ut eos alloquamur potissimum:quos cōciliare
nobis studemus.Interim tamē & ē hoc prohœmio necessarius sensus
aliqs:& iis acrior fit atq; uehemētior ad personam directus alterius.
Quod si accidat:quo iure aut quāta supstitiōe prohibemur dare hac
figura sētentiæ uires?nec enim istud scriptores artiū:non quia non li/
ceat:sed quia nō putāt utile:uetāt.Ita si uincet utilitas:propter eādem
causam facere debemus propter quā uetamur.Et Demosthenes aūt
ad Eschynem oratiōē in prohœmio cōuertit.Et.M.Tullius tum ꝓ
aliis quibusdā:ad quos ei uisum est:tum pro Ligario ad Tuberonem.
Nā erit multo futura languidior:si esset aliter figurata:quod facilius
cognoscet si quis illam totā partem uehemētissimā:cuius hæc forma
est.Habes igitur Tubero:quod est accusatori maxime optādū:& cæ/
tera:conuertat ad iudicē:tum uero enim uere auersa uideatur oratio
& languescat uis omnis dicentibus nobis.Habet igit̃ Tubero:quod
ē accusatori maxīe optandum.illo enim modo pressit atq; īstitit.hoc
tantū indicasset:quod idē in Demosthene:si flexū illi mutaueris:acci
det.Quid?non Salustius directo ad Ciceronem:ī quē ipsū dicebat:
usus est principio:& quidē protinus?Grauiter & iniquo aīo maledi/
cta tua paterer.M.Tulli.Sicut & Cicero fecerat ī Catilinā:quousq; tā
dē abutere patiētia nostra?ac nequis apostrophen miret̃:ipse Cicero
pro Scauro ambitus reo:quæ causa est in cōmentariis.Nā bis eundē
defendit.ꝓsopopœia loquētis pro reo utit̃.pro Rabirio uero posthu
mo:eodēq; Scauro reo repetūdaꝝ etiā exemplis.pro Cluētio:ut mō
ostendi:partitiōe.Nō tamē hæc quia possunt bene aliquādo fieri pas
sim facienda sūt.sed quotiens præceptū uicerit ratio. quomodo & si/
militudine dum breui.& translatiōe atq; aliis tropis.quæ omnia cau/
ti illi ac dilligentes prohibēt:utemur īteri:nisi cui illa diuina pro Liga
rio ironia:de qua paulo āte dixeram:displicet.Alia exordiorū uitia ue
rius tradiderūt:quod in plures causas accommodari potest:uulgare
dicitur id:minus fauorabile: aliquando tamen non īutiliter assumi/
mus a magnis sæpe oratoribus nō euitatum.Quo & aduersarius uti
pōt:cōmune appellat̃.quod aduersarius in suā utilitatē deflectere po
test:cōmutabile.quod causæ nō cohæret:separatū.quod aliūde trahi/
tur:trāslatū.Præterea quod lōgū.quod cōtra præcepta ē: quorū ple/

non sentitur. Dissimu/
lata enim etiam ut græ/
ci dicunt: ἀνεπίφατος
actio melius sæpe surre/
pit ἀνεπίφατος remis/
sa ac sine ostentatione in
terpretari potest hoc est
modesta ac sine ullo tu/
more. Cum uitiosum
prohœmium possit ui/
deri cicatricosa facies.ut
similitudinis aduerbi/
um mihi ascribendum
uidetur hoc modo.ut ci
catricosa facies.hoc ē au/
catricum plena. Sunt au
tem cicatrices uulnerū
consolidatorum signa:
quæ maxime faciem de/
turpare solent. Qui
nauem impegit.Hoc est
uado & harenæ illisit.
Ab impingendo autem
quod ex in & pango est
compositum. præteri/
tum impegi declinatur
.Qui ἀποστροφη dici/
tur. ἀποστροφη auersio
proprie transferri potest
Quanta superstitio/
ne.Qua pro quanta re/
ctius legeretur. Dare
hanc figuram sententiæ
uires.Aut per præposi/
tio est ascribenda.aut fi/
gura ut ablatiui sit casus
est legendum. Acriores
enim fiunt sensus figu/
ris cum uerborum:tum
sen tentiarum. Si fle/
xum illi mutaueris.Nō
illi sed illum est legen/
dum.hoc est:illam con/
uersionem sermonis ad
Aeschynem. Nisi cui
diuina illa pro ligario
Ironia. Vaticinatus esse
Fabius uidetur quos/
dam futuros:quibus il/
la Ironia diuina pro liga
rio displiceret.Nam Ge/
orgio Cretensi qui Tra/
pezuntius maluit appel/
lari:adeo displicet:ut Fa/
bium quoque alterum
eloquētiæ Romanæ spe
cimen.q̄q̄ ut sus Miner/
uam:reprehenderis irri/

raq; nõ principii mõ sũt uitia: sed totius orõnis. Hæc de phœmio quotiens erit usus. non semper autem ẽ. Nam & supuacuum aliquando est: ut si præparatus satis etiam sine hoc iudex: aut si res præparatione non eget. Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos iudices negat. aliquando tamen uti nec si uelimus eo licet: cũ iudex occupatus. cũ angusta sũt tẽpora. cũ maior potestas ab ipsa re cogit incipere. Contraq; est iterim phœmii uis etiã non ĩ exordio. Nam iudices & ĩ narratione nõnuq̃ & in argumẽtis: ut attendant: & ut faueant rogamus. Quo prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat: q̃le est cũ. C. Varenus: qui a familia ancharíana occisus ẽ. hoc quæso iudices diligẽter attẽdite. Vtiq; si multiplex cã est: sua quibusq; partibus danda præfatio ẽ: ut audite nunc reliqua. & transeo nũc illuc. Sed in ipsis probationibus multa funguntur prohœmii uice: ut facit Cicero pro Cluentio: dicturus contra censores. pro Muræna cum Seruio se excusat. Verũ id frequentius ẽ q̃ ut exemplo cõfirmãdum sit. Quotiens aũt prohœmio fuerimus usi: tum siue ad expositionem trãsibimus: siue protinus ad pbationem id debebit in principio postremũ esse: cui cõmodissime iungi initium consequentium. Illa uero frigida & puerilis est in scholis affectatio: ut ipse transitus efficiat aliquã utiq; sententiã. Et huius uelut præstigiæ plausum petat: ut Ouidius lasciuire ĩ metamorphosi solet: quem tamẽ excusare necessitas põt res diuersissimas in speciem unius corporis colligentem. oratori uero quid est necesse surripere hanc transgressionem & iudicem fallere: qui ut ordini rerum animum intẽdat: etiam cõmonendus est. peribit enim prima pars expositionis: si iudex nondum narrari sciet. Qua propter ut non abrupte cadere in narrationem: ita non obscure transcendere est optimum. Si uero lõgior sequetur: ac perplexa magis expositio: ad eam ipsam præparandus iudex erit: ut Cicero sæpius: sed hoc loco fecit. paulo longius exordiũ rei demonstrandæ gratia repetam: quod quæso iudices ne moleste patiamini. Principiis enim cognitis multo facilius extrema ĩtelligetis. Hæc mihi ferè sunt de exordio comperta.

De narratione.

m Axime naturale ẽ: & fieri freq̃uẽtissime debet: ut præparato p hæc quæ dicta sũt iudice: res de qua pronunciaturus ẽ indicet. Ea est narratio ĩ qua sciens transcurrã subtiles nimium diuisiones quorundam plura eius genera facientium. Non enim solam uolunt esse illam negocii de quo apud iudices quæritur expositionem: sed personæ ut. M. Atilius palicanus humili loco picẽs magis loquax q̃ facundus:

deat. Sed cum diuina sit: minime est mirandum si Trapezuntius elegantiæ latinæ ignarus eam percipere non potuit. Vt sit præparatus. Si particulam ascribi sensus integritas exposcit: hoc modo. ut si sit præparatus. Quale est cum. C. Varenus. Illa cum particula ut redundans uidetur expungenda. Cui commodissime iungi initium consequentiam. Possit uerbum librariorum ĩcuria prætermissum ascribatur: ne sensus imperfectus relinquatur. Affectio. Corrupte quidem sic legitur. Emendate uero affectatio. Quidam enim affectant & omnibus conantur uiribus: ut in transitu ipso a prohœmio ad narrationem aliquis acutus sensus efficiatur. Surripere. occultare furtimque eripere transgressionis & transitus notitiam. Vt Cicero sæpius: sed hoc loco fecit. Aliquid mihi deesse huic sensui uidetur. Aut enim potissimum aut q̃d tale recte forsitan ascriberetur. Cicero uero pro Cluentio hoc fecit. Inquit enim. Paulo longius exordium & quæ Fabius ipse subiicit.

m Axime naturale est. Quæ de narratione quoque præcepta tradit Fabius ita sunt aperta: ut si mendæ absint: nihil expositione opus esse uideatur. Primum autem narrationem merito subiici exordio ait. Deinde narrationis infert diuisionem. Tum utrũ semper narrandum quærit. Et an semper prohœmio subiicienda narratio. ac quando & quo modo narrandum sit docet. Est antem narratio rei de qua pronunciaturus est iudex expositio. Vt. M. Attilius Palicanus. De Ciceronis orõne pro Cluẽtio descriptũ est hoc exẽplum.

Oppidum est in Hellesponto. De quarta Ciceronis in uerrem actione sumptum est hoc narrationis principium. Chrysogonus postq̃ est nominatus. In oratiõe Ciceronis pro Roscio Amerino sensus quidem hic habetur. uerba uero ipsa alia leguntur. Sic enim Cicero inquit. Vsque eo animaduerti iudices eum iocari atque alias res agere anteq̃ Chrysogonum nominaui: quem simul atque attigi: statim homo se erexit. mirari uisus est. Intellexi quid eum pupugisset. Iterum ac tertio nominaui. postea homines cursare ultro & citro nõ destiterunt. Credo qui Chrysogono nunciarent esse aliquem in ciuitate: qui contra uoluntatem eius dicere auderet. aliter causam agi: atque ille existimauit. aperiri bonorum emptionẽ. uexari pessime societatem. gratiam potẽtiamque eius negligi. Iudices diligenter attendere. populo rem indignã uideri. Nam υποτυπωσισ non est habenda narratio. υποτυπωσισ: designatio siue ĩformatio dicitur: quando quid ita describitur: ut oculis cerni uideat.

Quod falsum esse coarguitur. Pluribus ablatiuus in quibusdam exemplaribus recte mihi ascriptus uidetur. hoc modo. Quod falsum esse pluribus coarguitur. Complures nanque subiiciuntur rationes.

Pubertas annis an habitu æstimetur. Ad pubertatem æstimandam olim puerorum pudenda inspiciebantur: quam obseruationem Iustinianus se sustulisse libro quinto Codicis titulo Quãdo tutores uel curatores esse desinunt: his uerbis testatur. Indecoram obseruationẽ in examinanda marium pubertate resecãtes: iubemus quemadmodũ fœminæ post ĩpletos. xii. annos oẽs pubescere uidentur: ita mares post excessum. xiiii. annoꝝ puberes existimentur: Indagatione corporis inhonesta cessante. Hoc idem legitur etiã in ĩstitutiõibus titulo. Quibus modis tutela finit. Aut cũ est qdẽ iure narrationi locus. Sic qdẽ legit sed iure mihi ociosũ ac supfluũ eẽ uidet. Idcirco pro iure ĩ re eẽ legẽdũ facile cõtẽderi. Nã ĩterdũ ĩ re nulla est narratio. ut exposuit Fabius. Interdũ ẽ qdẽ ĩ re narratiõi locus: sed qa iudici res ipa ẽ nota narratõe supsedet. Accidit aliquãdo alteri: & sæpius ad actorẽ causæ. Hic quoq; locus: tãetsi ita legat: mihi tamẽ corruptus eẽ uĩ. Nõ. n. ad actorẽ cãæ legẽdũ ẽ sed ab actore cãæ ẽ: hoc ẽ ꝑ actore cãæ. Id qd apte exẽpla apposita declarãt. Ex stipulatõe. hic distiguẽdũ ẽ. Vt aũt inqt Paulus in sẽtẽtiis li. qnto. obligationũ firmãdaꝝ grã stipulatões ĩductæ sũt: quæ q̃dã uerboꝝ solẽnitate cõcipiunt. ita appellatæ quod per eas firmitas obligationũ obstrigat. Stipulũ. n. ueteres firmũ appellabãt. Et ordo & cũ causa facti pro aduersario magis est. Cum præpositio ut superflua est eradenda. Causa nanque facti si exponatur ꝓ Horatio ẽ. Idcirco. n. sororẽ ĩteremit: q eã ĩ tãta populi Romani uictoria flere ꝓ hostiũ cæde uidit. Et cũ id qd obiicit. Et copula ut redũdãs & supuacua ẽ eradẽda: ut legat cũ id qd obiicit. Vt in eũ q cũ pecuniã. In

loci: ut Opidum est in hellespõto lampsacum iudices. temporis: ut Vere nouo gelidus canis cum mõtibus humor Liqtur. causarum quibus historici frequentissime utuntur: cum exponunt: ũde bellũ. seditio. pestilentia. præter hæc alias ꝑfectas. alias imperfectas uocant. quod quis ignorat? Adiiciunt expositionem & præteritorum esse tempoꝝ: quæ ẽ frequentissima: & præsentium: qualis est Ciceronis de discursu amicorum. Chrysogonus postq̃ est nominatus. & futurorũ quæ solis dari uaticinãtibus potest. Nam υποτυπωσισ nõ est habenda narratio. sed nos potioribus uacemus. Pleriq; sẽper narrandum putauerũt: quod falsum esse coarguit. Sũt enim ante oĩa quædã tã breues causæ: ut ꝓpositiõem potius habeant q̃ narrationẽ. Id accidit aliquãdo utriq; pti: cum uel nulla expositio ẽ: uel de re cõstat: de iure quærit: ut apud cẽtũuiros: filius an frater debeat eẽ intestati hæres. pubertas annis: an hĩtu corporis æstimet. aut cũ est quidẽ iure narratiõi locus. sed aut ante iudici nota sũt oĩa. aut priore loco recte exposita. accidit aliquãdo alteri: & sæpius ad actorẽ causæ. uel quia satis ẽ ꝓponere. uel quia sic magis expedit. satis ẽ dixisse certam creditã pecuniã peto ex stipulatiõe. legatũ peto ex testamẽto. diuersæ ptis expositõ ẽ: cur ea nõ debeat. & satis ẽ actori: & magis expedit sic ĩdicare. dico ab Horatio sororem suã ĩterfectã. Nãq; & cũ ꝓpõne iudex crimẽ oẽ cognoscit. & ordo & cũ cã facti ꝓ aduersario magis ẽ. reus cõtra tunc narrationẽ subtrahit: & cũ id quod obiicit: nec negari nec excusari põt: sed ĩ sola iuris qõne consistit: ut in eum q cũ pecuniã priuatã ex æde sacra surripuit: sacrilegii reus ẽ: cõfessio uerecũdior ẽ q̃ expositio. non negamus pecuniã de tẽplo eẽ sublatã. calũniat tamẽ accusator actiõe sacrilegii: cũ priuata fuerit nõ sacra. uos aũt de hoc cognoscitis: an sacrilegium sit admissũ. Sed ut has aliquãdo nõ narrãdi cãs puto: sic ab illis dissẽtio: q nõ esse narrãdũ existimẽt: cũ reus quod obiicit: tãtũ negat. In q̃ ẽ opinione Cornelius Celsus: q cõditionis huius esse arbitrat plerasq; cædis cãs: & oẽs ãbitus ac repetũdarũ. Nõ eni putat eẽ narrationẽ: nisi quæ sũmã criminis: de quo iudiciũ est: cõtinet. Deinde fatetur ipse pro Rabirio posthu-

mo narrasse Ciceronem. atq; ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam: qua de re erat quæstio constituta. Et ĩ hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autem magnos alioqui secutus auctores duas esse in iudiciis narratiõum species existimo: alteram ipsius causæ. alteram rerum ad causam pertinentium expositionem. non occidi hominem. nulla narratio est: conuenit. Sed erit aliqua & interim etiam longa circa argumenta eius criminis de ante acta uita. de causis propter quas innocens in periculum deducatur. aliis quibus incredibile id quod obiicitur fiat. nec enim accusator hoc tantum dicit occidisti. sed quibus id probat narrat: ut in tragœdiis: cum Teucer Vlyxem reũ facit Aiacis occisi: dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento: non id modo Vlyxes respondet: non esse a se id facinus admissum: sed sibi nullas cũ Aiace inimicitias fuisse. de laude inter ipsos certatum. Deinde subiungit quomõ in eam solitudinem uenerit. iacentem exanimem sic cõspicatus: gladium e uulnere extraxerit. his subtexit argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratione est dicente accusatore. fuisti in eo loco in quo tuus inimicus occisus est. nõ fui. dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoq; causæ & repetundarum hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt: quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt. sed argumentis expositione contraria resistendum: & ĩterdum singulis. ĩterdũ uniuersis. an reus ambitus male narrabit: quos parentes habuerit. quemadmodũ ipse uixerit. qbus meritis fretus ad petitionem descenderit: aut qui repetundarum insimulabitur: nonne ante actam uitam: & quibus de causis per prouinciam uniuersam uel accusatorem aut testem offenderit: non inutiliter exponet: quæ si narratio non est: ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima: cuius est initium. A. Cluẽtius habitus. nihil enĩ hic de ueneficio: sed de causis: qbus ei mater inimica sit: dicit. Illæ quoq; sunt pertinentes ad causam: sed non ipsius causæ narrationes: uel exempli gratia: ut in Verrem de. L. Domitio: qui pastorem: q̄ is aprum quem ipsi inueniri optulerat: exceptum esse a se uenabulo confessus esset: in crucem sustulit. uel excutiendi alicuius extrinsecus criminis: ut pro Rabirio posthumo. Nam ut uentum alexandriã est iudices: hæc una ratio a[...]e proposita posthumo est seruandæ pecuniæ: si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset. uel augẽdi ut describitur iter Verris. ficta interim narratio introduci solet: uel ad cõcitandos iudices: ut pro Roscio contra Chrysogonum: cuius paulo ãte habui mẽtionẽ. uel ad soluẽdos aliq̃ urbanitate: ut ꝓ Cluẽtio cõtra frẽs Cepasios. ĩterdũ p̄ digressionẽ decoris grã: q̃lis rursus ĩ Verrẽ de ꝓserpĩa. ĩ his quõdã locis mater filiã quæsisse dr̃. Quæ oĩa eo ptinẽt: ut appeat nõ utiq; nõ narrar̃ eũ q ne gat: sed illd̃ ipsum narrare qd̃ negat. nec hoc qdẽ simplr̃ accipi-

eo ut legatur grammaticæ ratio exposcit. Calumniatur tamen accusator actione sacrilegii. Nos teneri subaudiatur: si non est ascribendum. Atque ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam. Atqui legendum uidetur non atque. Opinionẽ enim Celsi reprobat Fabius. Cõfutationibus aũt atqui particula maxime conuenit. Accusatus autẽ fuit Rabirius Posthumus: quod pecuniam a rege Ptolemæo accepisset qua senatum corrũperet. Aliis quibus incredibile id quod obiicitur fiat. Que copula ascribenda uidet̃ ut legat̃ Aliisq; quibus. Quo plura crimina. Quod mihi uidetur esse legendum. Causam enim assignat cur plures futuræ sint narratões in causis ambitus & repetundarum. Et quibus de causis per prouinciam uniuersam uel accusatorem aut testem offenderit. Licet per recte legi uideatur plerisque. ego tamen contẽderim per præpositionem eradendam ac loco eius uel cõiunctionẽ reponẽdam. Facile. n. accidere potest ut præses ꝓconsulue acrius tributa exigẽdo aliudue faciendo totã offendat ꝓuinciam. Quẽ ipsi inueniri optulerat. Muneri emẽdate in aliis legit̃ exẽplaribus. Hoc autẽ Cicero narrat se ptima in uerrẽ actiõe. Vetus est ĩquit quod dicã: & ꝓpter seueritatẽ exẽpli nemini fortasse ue strũ ĩauditũ. L. Domitiũ prætorẽ in Sicilia cũ aper ĩgẽs ad eũ allatus esset: admiratũ requisisse. Quis eũ ꝑcussisset. cũ audisset pastorẽ cuiusdã fuisse: eũ ad se uocari iussit. illũ cupide ad prætorẽ q̃si ad laudẽ & ad præmiũ accurrisse. Quæsisse Domitiũ Qui tantã bestiam ꝑcussisset. Illũ se respondisse uenabulo. Statim deĩde iussu prætoris in crucẽ esse sublatũ. Vel augẽdi ut describitur iter uerris. Tertia in uerrẽ actione sic describere iter uerris. M. Tullius ingreditur. Nam ut iste profectus est: quacunque iter fecit: eiusmodi fuit: non ut legatus populi Romani: sed ut quædam calamitas ꝑuadere uideret̃: & quæ sequũt̃ ꝓlixiora q̃ ut hic sint d̃scribẽda

endũ:quod ẽ a me positũ:supuacuã eẽ narrationẽ rei:quam iudex nouerit. Quod sic intelligi uolo:si nõ mõ factũ quid sit sciet:sed ita factũ etiã ut nobis expedit opinabitur. Neq; eni narratio i hoc rep tã est:ut tantũ cognoscat iudex:sed aliquando magis ut cõsentiat. Quare etiã si nõ erit docendus:sed aliquo mõ afficiẽdus narrabimus cũ præparatiõe qdã.scire qdẽ i eũ sũma qd actũ sit.Tamẽ rõnẽ quoq; facti cuiusq; cognoscere ne grauet̃.Interĩ pp aliquẽ ĩ cõsiliũ adhibitũ nos repetere illa simulemus.Interĩ ut rei quæ ex aduerso ꝓponat̃:iniqtatẽ oẽs etiã circũstãtes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit uarianda expositio ad effugiẽdũ tediũ:cũ sint nota audiẽti.sicut meministi.& fortasse supuacuũ fuerit hic cõmorari.Sed qa ego diutius?cũ tu optime noris?illud q̃le sit tu scias?& his similia.alioq̃ si apud iudicẽ cui nota cã ẽ:narratio sẽp uidet̃ supuacua:põt uideri nõ sẽp eẽ etiam ipsa actio necessaria. Alterũ ẽ de quo frequẽtius quærit̃. an sit utiq; narratio ꝓhœmio subiicienda. Quod qui opinant̃:nõ possũt uideri nulla narratiõe ducti. Nam cũ ꝓhœmiũ iccirco cõpatũ sit:ut iudex ad rẽ accipiendã fiat cõciliatior.docilior.& ĩtẽtior.& ꝓbatio nisi cã prius cognita nõ possit adhiberi:ꝓtinus iudex notitia reꝝ ĩstruẽdus uidetur.Sed hoc quoq; ĩterdũ mutat cõditio causaꝝ:nisi forte.M.Tullius ĩ orõne pulcherrima:quã ꝓ Milone scriptã reliqt:male distulisse narrationẽ uidetur tribus præpositis quæstionibus.aut ꝓfuisset exponere quomõ insidias Miloni fecisset Clodius:si reũ q a se hominẽ occisũ fateret̃ defendi oĩo fas nõ fuisset.aut si iã præiudicatiõe senatus dãnatus esset Milo.aut si Cn.Pompeius q pp aliquã gratiã iudiciũ militibus armatis clũserat:tãq̃ aduersus existimaret̃.Ergo hæ quoq; quæstiones ui ꝓhœmii optinebũt:cũ oẽs iudicẽ præparauerit. Sed aliter ꝓ.L.Muræna quoq; postea narrauit:cum obiecta diluit.quod fiet utiliter quotiẽs nõ crimẽ nõ repellẽdũ tãtũ:sed etiã trãsferẽdũ erit: ut prius iis defensis uelut initiũ sit aliũ culpandi narratio:ut ĩ armorũ ratiõe antiqor cauẽdi q̃ ictũ inferendi cura ẽ.Erũt quædã causæ: nec id raro:crimini qdẽ de quo cognitũ ẽ faciles ad diluẽdum: sed multis ante actæ uitæ flagitiis & grauibus crimibus oneratæ:quæ prius amouẽda sunt:ut ꝓpitius iudex defensionem ipsius negocii: cuius ꝓpria quæstio ẽ:audiat:ut si defẽdẽdus est.M. Cælius. nõne optime patronus occurat prius cõuitiis luxuriæ.petulãtiæ.ĩpudentiæ q̃ ueneficiis:ĩ qbus solis oĩs Cicerõis uersat̃ orõ? Deĩde cũ narret de bonis paulatĩ:totãq; deĩde explicet cãm:quæ ẽ ipsius actiõe defensa.Sed nos ducit scholaꝝ cõsuetudo:ĩ qbus certa quædã ponunt̃ quæ themata dicimus:præter quæ nihil ẽ diluẽdum. Ideoq; narratio ꝓhœmio sẽp subiũgit̃.ide libertas declamatoribus:ut ẽt secũdo ptis suæ loco narrare uideãt̃.Nã cũ ꝓ petitore & expõne tã q̃ priores agãt uti solẽt:& cõtradictõe tãq̃ respõdeãt:idq; fit nõ rc̃te. Nã cũ sit declamatio forẽsiũ actionũ meditatõ:cur nõ utrũq; ꝓtius locũ exerceãt? cuius rõis ignari ex more cui assuerit nihil ĩ foro putãt eẽ mutãdũ.Sed ĩ scholasticis quoq; nõnũq̃ euenit:ut ꝓ narratõe

Sed aliquando magis ut consentiat. Aliquãto.d. ex ꝓuẽta ac.t.ascripta legendũ est. Quod qui opinentur nõ possunt uideri nulla narratione ducti.Pro narratõe legẽdum esse rõne neminẽ dubitare puto. Sed aliter ꝓ.L.Muræna quoq; postea narrauit: cũ obiecta diluit. Cicero Murænã ãbitus reũ defendẽs anteq̃ narret:obiecta sibi a.M.Catone ac Seruio Sulpitio ita refutat: ut ostendat se merito eam defensionem suscepisse:id qđ Cato Sulpitiusq; uitio dabant. Quod fiet utiliter quotiens non crimẽ non repellendum tãtum.Non particula priore loco posita ut cessans omnino est eradendã. Erunt quædam causæ nec id raro crimini quidẽ de quo cognitum est:faciles ad diluendum. Emẽdatiõe idiget hic locus.Non enim crimini:sed crimen.non cognitũ:sed cognitio ut legat̃ sensus exposcit.hoc modo. Et erũt quædam causæ:nec id raro:crimen quidem de quo cognitio est:faciles ad diluendum. Quæ prius amouẽda sunt.Sic quidem recte legi uidetur:sed forsitan amolienda hoc est diluẽda rectius legeretur. Quã ueneficiis.Veneficii littera s erasa legendum esse ex oratione quoq; Ciceronis pro Cælio aperte colligi potest. Deinde cũ narret de bonis paulatim.Aut cum particula uidetur expungenda. aut tum loco eius ascribẽda Nam cum pro petitore & expositõe tanq̃ priores agãt. uti solent. Dicũt librarioꝝ negligentia prætermissũ:est ascribendũ:ut legamns Nã cum pro petitore dicunt. Idq; fit non recte. Negatiuam particulã: ut quæ sensum peruertit:expungendã esse:ex ea ratione:quæ subiicitur facile perspicitur.Cũ enim ĩquit declamatio nos præparet ad forenses causas agendas: merito in utrunque locum & accusandi:

sit ꝓpõ. Nã quid expõet quæ zelotypum malæ tractatiõis accusat: aut qui cyni cum apud censores reũ de moribus facit: cum totũ crimen uno uerbo ĩ qualibet actionis parte ꝓposito satis indicet? Sed hæc hactenus. nũc quæ sit rõ narrandi subiũgã. Narratio ẽ rei factæ aut non factæ utilis ad ꝑsuadendũ expositio. uel ut Apollodorus finit: orõ docẽs auditorẽ qd ĩ cõtrouersia sit. Eam pleriq; scriptores maxime qui sunt ab Isocrate: uolũt eẽ lucidã. breuẽ. uerisimilẽ. nec. n. refert an ꝓ lucidã ꝑspicuã. ꝓ uerisimili ꝓbabilẽ credibilẽue dicamus. Eadẽ nobis placet diuisio. q̃q̃ Aristoteles ab Isocrate pte ĩ una dissenserit: præceptũ breuitatis irridẽs: tanq̃ necesse sit longam aut breuẽ expositionẽ: nec liceat ire ꝑ mediũ. Theodorei quoq; solam relinquunt ultimã ptẽ. quia nec breuiter utiq;: nec dilucide semp sit utile exponere. quo diligẽtius distinguẽda sũt singula: ut qd quoq; loco ꝓsit ostẽdã. Narratio est aut tota ꝓ nobis. aut tota ꝓ aduersariis. aut mixta ex utrisq;. Si erit tota ꝓ nobis: cõtẽti simus tribus partibus: ꝑ quas efficiť quo iudex facilius intelligat. meminerit. credat. nec q̃s q̃ reprehẽsiõe dignũ putet: ꝙ ꝓposueri cã quæ sit tota ꝓ nobis debere eẽ uerisimilẽ: cũ uera sit. Sũt eni plurima uera qdẽ: sed parum credibilia. sicut falsa quoq; frequẽter uerisimilia. Quare nõ minus laborãdũ ẽ: ut iudex quæ uera dicimus q̃ quæ fingimus credat. Sũt qdẽ hæ quas supra retuli: uirtutes aliaꝵ quoq; ptiũ. Nã & per totã actionẽ uitanda est obscuritas: & modus ubiq; custodiẽdus: & credibilia eẽ oportet oĩa quæ dicunť. Maxĩe tamen hæc ĩ ea pte custodiẽda sũt: quæ prima iudicẽ docet: ĩ qua si acciderit: ut aut nõ intelligat. aut nõ meminerit. aut nõ credat: frustra ĩ reliqs laborabimus. Erit ãt narratio apta atq; dilucida: si fuerit primũ exposita uerbis ꝓpriis & significãtibus: & nõ sordidis qdẽ: nõ tamẽ exq̃sitis & ab usu remotis: tũ distĩcta rebus. ꝑsonis. tẽporibus. locis. causis. ipsa etiam ꝓnũciatiõe ĩ hoc accõmodata: ut iudex quæ dicuntur: q̃ facillime accipiat. Quæ qdẽ uirtus negligiť a plurimis: q ad clamorẽ dispositæ: uel etiã forte circũfusæ multitudinis cõpositi nõ fecerũt illud ĩtẽtionis silentiũ: nec sibi diserti uidenť: nisi oĩa tumultu ac uociferatiõe concusserĩt. rẽ indicare sermõnis quotidiani: & ĩ quẽcũq; etiã ĩdoctoꝵ cadẽtis eẽ existimãt: cũ ĩteri quod tãq̃ facile cõtẽnũt: nescias præstare uelint minus ac possint. Neq; eni aliud in eloquẽtia cũcta expti difficilius reperiẽt: q̃ id qd se dicturos fuisse oẽs putant: postq̃ audierũt: quia nõ bona iudicãt eẽ illa: sed uera. Tũ aũt optime dicit orator cũ uidetur uera dicere. At nũc uelut cãpũ nacti expositiõis hic potissimũ & uocem flectũt: & ceruicẽ reponũt: & brachiũ ĩ latus iactãt: totoq; & reꝵ & uerboꝵ & cõpositionis genere lasciuiũt. deĩde quod sit mõstro simile: placet actio. cã non intelligiť. Verũ hoc omittamus: ne mĩus gratiæ præcipiẽdo recta q̃ offensæ reprehẽdẽdo praua mereamur. breuis erit narratio ante oĩa si ĩde cœperĩus rẽ exponere ũde ad iudicẽ ptĩet. Deĩde si nihil extra cãm dixerimus. tũ etiã si reciderimus oĩa: qbus sublatis nec cognitiõi q̃cq̃: nec utilitati detrahať. Solet. n. eẽ quædã ptiũ breuitas: quæ longã tamen efficit sũmã. In portum ueni. nauim prospexi. quanti ueheret interrogaui. de precio conueni. conscendi. sublatæ sunt anchoræ. soluimus oram. prouecti sumus. nihil horũ dici celerius potest: sed sufficit dicere. e portu nauigaui. & quotiẽs exitus rei satis ostẽdit priora: debemus hoc eẽ cõtẽti: quo reliq̃ ĩtelligunť. Quare cũ dicere liceat: ẽ mihi filius ĩuuenis: oĩa illa supuacua: cupidus ego liberoꝵ uxorẽ duxi. natũ sustuli. filiũ educaui. ĩ ãdolescẽtiã pduxi. iõq; græcoꝵ aliq aliud circuncisam expositionẽ. i. συντομον aliud breuem puta

& defendendi exercemur. Quo diligentius distinguẽda sunt singula: ut quid quoq; loco prosit ostẽdã. Inscitia quorũdã dprauatus ẽ hic locus: q dũ emendare uolũt: oĩa puertunt. Quæ nãq; particula. erasa: pristinæ restituiť ĩtegritati. ut legať ut qd quo loco ꝓsit. Fere ãt ĩ simili locutionis genere ubiq; exẽplaria sť dprauata. Nõ feceřt illũ ĩtẽtõis silẽtiũ. Ferũt sine cõtrouersia legẽdũ mihi uideť: Neq; . n. fecerũt ullo pacto sẽsui cõuenire põt. Soluimus orã Hic mãifeste coarguiť error illius arrogãtissimi nebulõis quẽ nup ĩ media academia patauina cõuicimus asserẽtẽ orã in epistola Fabii ipsius ad Tryphonem pro aura & uento esse accipiendam atque ad illud uerbum præcemur referendam. Hic

enim nullum est aliud uerbum q̃ soluimus. Quare oram pro fune accipiamus oportet. Proue cti sumus. Profe cti mihi rectius legi uidetur. hoc est discessimus.
Idest συντομον. Circũcisũ ꝓ prie συντομον trãsfertur. Nã iteratiões & ταυτολογιασ & περισσολογιασ. quas in narratione uitãdas quidam scriptores artium tradiderũt: transeo. ταυτολογια transfertur idem sermo: ut περισσολογια superflua dicitur oratio. Hæc autem sunt uitia non solum narrationis sed totius orationis soloecismo finitima.
Et abruptum sermonis genus. Qui sine ulla præparatione fit abruptus sermo uocatur. Simplex enim ut undique præcisa. & loco ut particulæ satis constat esse legendum.
Quibus extrema ut præcipi: ꝓhœmii parte. Præcepi ut præteriti sit temporis est legendum. Quale est apud Ciceronem. Moritur Fulcinius. In oratione Ciceronis pro Cecina hæc leguntur. Interim expediet expositiões. e uocali erasa expedit

uerunt: quod illa superuacuis careret. hec posset aliquid ex necessaris desiderare. Nos aũt breuitatem ĩ hoc ponimus: nõ ut minus: sed ne plus dicat̃ q̃ oporteat. Nã iteratiões qdẽ & ταυτολογιασ & περισσολογιασ quas in narratiõe uitandas quidã scriptores artiũ tradiderũt: transeo. Sũt. n. hæc uitia nõ tantũ breuitatis gr̃a fugienda. Nõ minus aũt cauẽda erit q̃ nimiũ corripiẽtes oĩa sequitur obscuritas. Satiusq; aliquid narratõi superesse q̃ deesse. Nã superuacua cũ tedio dicunt̃. necessaria cũ periculo subtrahũtur. Quare uitãda etiã illa salustiana. q̃q̃ ĩ ipso uirtutis optinet locũ: breuitas: & abruptũ sermonis genus: quod ociosũ fortasse lectorẽ minus fallat. audientẽ trãsuolat: nec dũ repetat̃ expectat: cũ præsertim lector nõ fere sit nisi eruditus. iudicẽ rura plerũq; ĩ decurias mittãt de eo ꝓnunciaturũ quod ĩtellexerit: ut fortasse ubiq; . ĩ narratione tamẽ præcipue media hæc tenẽda sit uia dicẽdi: quãtũ opus ẽ. quantũ satis est. quantũ opus est aũt non ita solũ accipi uolo: quantum ad iudicãdũ sufficit. quia nõ ĩornata debet esse breuitas. alioqui sit ĩdocta. nã & fallit uoluptas & minus lõga quæ delectãt uidẽtur: ut amœnũ ac molle iter etiã si est spacii ãplioris: minus fatigat q̃ durum arduũq; cõpendiũ. Nec enĩ mihi unq̃ tãta fuerit cura breuitatis: ut nõ ea quæ credibilẽ faciunt expositionẽ: ĩseri uelĩ. simplex enĩ ut undiq; præcisa non tã narratio põt uocari q̃ cõfusio. Sũt porro multæ cõditõe ipsa rei lõgæ narratiões: q̃bꝫ extrema ut præcipi ꝓhœmii pte ad ĩtentionẽ præparãdus ẽ iudex. deĩde curãdũ: ut oĩ arte uel ex spacio eius detrahamus aliq̃d: uel ex tedio: ut minus lõga sit efficiamus quæ poterimus differẽdo: nõ tamẽ sine mentione eoꝶ quæ differemus. Quas cãs occidẽdi habuerit. quos assumpserit cõscios. queãdmodũ disposuerit ĩsidias ꝓbatiõis loco dicã. Quædã uero ex ordine prætermittẽda: quale ẽ apud Ciceronẽ. Morit̃ fulcinius. multa. n. quæ sũt ĩ re quia remota sũt a cã: prætermittã. At partitio tediũ leuat. dicã quæ acta sint ãte ipsum rei cõtractũ. dicã quæ ĩ re ipsa. dicã quæ postea: Ita tres potius modicæ uidebunt̃ narratiões: q̃ una lõga. Interĩ expediet expositiões breui ĩterfatiõe distĩguere. audistis quæ ãte acta sũt: accipite nũc quæ ĩsequunt̃. reficiet̃. n. iudex prioꝶ fine: & se uelut ad nouũ rursus initiũ præparabit. Si tamen adhibitis quoq; his artibus ĩ lõgũ exierit ordo reꝶ: erit nõ ĩutilis ĩ extrema pte cõmonitio: quod Cicero etiã ĩ breui narratiõe facit. Adhuc Cæsar. Q. Ligarius oĩ culpa caret. domo ẽ egressus nõ mõ nullũ ad bellũ: sed ne ad minimã q̃dem belli suspicionẽ & cætera. Credibilis aũt erit narratio ãte oĩa: si prius cõsuluerimus nr̃m animũ: ne q̃d naturæ dicamus aduersũ. Deinde si causas ac rões factis præposuerimus nõ oĩbus: sed de q̃bus quærit̃. Si ꝑsonas cõuenientes his quæ facta credi uolemus cõstituerimus: ut furti reũ cupidũ. adulterii libidinosũ. homicidii temerariũ. uel cõtra si defendemus. præterea loca & tpa & similia. Est ãtq̃dã ẽt ductus rei credibilis q̃lis ĩ comœdiis ẽt & ĩmimis. aliq̃. n. naturaliter sequũt̃ & chõærẽt: ut si bene priora narraueris: iudex ipse: q̃d postea sis narraturus expectet. Ne illud q̃dẽ fuerit ĩutile: semina quædã ꝓbationũ spargere: uerũ sic ut narrationẽ eẽ memineriis: nõ ꝓbationẽ. nõnũq̃ ẽt tamen argumento aliquo confirmabimus: quod proposuerimus: sed simplici & breui: ut ĩ ueneficiis. sanus bibit. statim concidit. liuor ac tumor cõfestĩ est consecutus. Hoc faciunt & ille præparatiões: cum reus dicitur robustus. armatus contra infirmos. inermes. securos. Omnia deniq; quæ probatione

Ideoque & medius ille oratoris modus. Loco oratoris legen- dum esse orationis ui detur.Sunt enim tres orationis modi qui a græcis characteres di- cuntur grauis.medio- cris:quem medium Fabius uocat.& atte- nuatus:qui & humi- lis uocatur. Vt etiã quæ multa minora sunt.Multo legẽdum esse patet. Sed hæc diligentius cum ad eã amplificationem ue- nerimus dicemus.Eã accusatiuus ut cessans uidetur expungendus

Hæc est illa quæ dy- nosis uocatur.Δεινω- σισ.per.ει.diphthon- gum a græcis scribit̃. Trãsfertur autem gra uitas:de q̃ ab Hermo gene multa tradũtur

Irascetur si nihil ipse qui in irã cõcitat se:idq; exigit simile patief. Se pronomen cum a sensu repellatur: eradendus uidetur. Siccis agẽtis oculis lachrymas dabit.Loco agẽtis agẽs ut legaf sensus exposcit. Has qsq; bene cœperit.Quisqs & cõcẽperit mihi uidef legendũ. Hasq; dẽ dicũt ευφαντασιωτον: qui sibi res.uoces.actus.secundũ ueꝝ optime finget.Has eradẽdas eẽ atq; hũc reponẽdũ apte Qui relatiuũ qđ sequif declarat.ευφαντασιωτοσ aũt dicif q bene aliqd imaginaf. Nã ut iter otia aioꝝ.Corrupte qdẽ sic legif hic locus.Illã.n.ut particulam sensus aspnaf.Forsitã aũt uel & ipa monosyllaba loco illius emẽdate reponeref.exponit.n.Fabius quo mõ facultas imagines cõcipiendi nobis facile cõtingat. Hoc animi uitiũ ad utilitatẽ non transferimus.Trãsferemus ut futuri sit temporis: cũ interrogatione est legẽdum. Extremus deniq; expirãtis hiatus insidet.Citra nõ negandi aduerbiũ hic sensus ĩteger nõ habef.Quare ascribẽdũ uidef & cũ ĩterrogatõe legendũ hoc mõ.Extremus deniq; expirãtis hiatus nõ ĩsidet? Insequetur εναργεια quæ a Cicerone illustratio & euidentia nominaf. ενεργεια a quibusdam uitiose legif:Cum ut alibi quoq; diximus:nõ illustratio: sed actus atq; efficatia transferatur. Quem non tam dicere uidetur. Quæ ut ad εναργειαν referatur:legendum est. Et quos ille in funere Pallantis positis insignibus.Corruptum quidem esse hunc sensum facile est uidere:qui emẽdaf si quos accusatiuum expũgamus ac equus illius loco ascribatur hoc modo.& equus ille in funere Pallantis positis insignibus.Sic enim de eo scribit Vergilius Post bellator equus positis ĩsignibus æthon It lachrymans guttisq; humectat grandibus ora. Et diceret ut dulcis moriẽs reminiscitur argos.Et copula utq; particula altera alterius locum occupauit:legendum est enim ut diceret Et dulcis moriẽs. Atq; in animo nostro persuadeamus.In præpositio eradenda est atq; id pronomen illius loco scribendum. Vt moueri periclitãtium uice possumus.Possimus legendum esse ut coniunctio ostendit. Quorum ĩducere personas non attinet.c.expuncta induere legẽdũ est:ita & sensu & loquẽdi

bit:qui audiet me:cum hoc dicã nõ dolenter? irascef si nihil ipse:q in irã concitat se idq; exigit:simile patief? siccis agens oculis lachrymas dabit? fieri nõ põt. Nec incendit nisi ignis: nec madescimus nisi humore.nec res ulla dat alteri colorem: quẽ ipsa nõ habet.Primũ ẽ igitur:ut apud nos ualeãt ea quæ ualere apud iudicẽ uolumus:afficiamurq; anteq̃ afficere conemur.At quo mõ fiet ut afficiamur? Neq;.n.sunt motus in nostra potestate.Tẽptabo etiã de hoc dicere. Quas phantasias græci uocãt:nos sane uisiones appellemus:p quas imagines reꝝ abscẽtium ita repræsentantur animo: ut eas cernere oculis:ac præsentes habere uideamur.Has quisqs bene ceperit:is erit in affectibus potentissimus.Hũc qdẽ dicũt ευφαντασιωτον:qui sibi res.uoces.actus secũdũ uerũ optime finget:quod quidẽ nobis uolẽtibus facile continget. Nam ut inter ocia animorum:& spes inanes & uelut somnia quædã uigilãtium:ita nos hæ de quibus loquimur: imagines ꝓsequũtur:ut peregrinari.nauigare.prœliari.populos alloq. diuitiarum quas non habemus:usum uideamur disponere.nec cogitare:sed facere.Hoc animi uitium ad utilitatẽ non trãsferimus? at hominẽ occisũ queror.nõ oĩa:quæ in re præsenti accidisse credibile ẽ:ĩ oculis habebo? non percussor ille subitus erũpet? nõ expauescet circũuẽtus? exclamabit? uel rogabit? uel fugiet? non ferientẽ.non cõcidẽtem uidebo animo? sanguis & pauor & gemitus extremus deniq; expirantis hiatus insidet? Insequetur εναργεια quæ a Cicerone illustratio & euidẽtia nominaf:quæ non tam dicere uidetur q̃ ostendere. & affectus non aliter q̃ si rebus ipsis intersimus sequẽtur.An non ex his uisionibus illa sunt? Excussi manibus radii reuolutaq; pensa.leuiq; patẽs in pectore uulnus:& quos ille ĩ funere pallantis positis insignibus.Quid? nõ idẽ poeta pœnitus ultimi fati cepit imaginẽ? ut diceret & dulcis moriẽs reminiscif argos.Vbi uero miseratiõe opus erit:nobis ea de quibus querimur accidisse credamus:atq; in aĩo nostro persuadeamus.Nos illi simus:quos grauia.indigna.tristia passos queramur.Nec agamus rem quasi alienã:sed assumamus parũper illũ dolorẽ.Ita dicemus quæ in simili nostro casu dicturi essemus.Vidi ego sæpe histriones atq; comœdos cum ex aliquo grauiore actu personam deposuissent:flẽtes adhuc egredi.Quod si ĩ alienis scriptis sola ꝓnunciatio ita falsis accedit affectibus: qd nos faciemus:q illa cogitare debemus:ut moueri periclitantium uice possimus? sed in schola rebus quoq; ipsis affici conuenit:easq; ueras sibi fingere:hoc magis:quod illic ut litigatores loquimur frequẽtius q̃ ut aduocati.Orbũ agimus:& naufragum & periclitantem:quorum ĩduere psonas non attinet:nisi affectus assumimus.Hæc dissimulanda mihi nõ fuerunt:qbus ipse quãtuscunq; sũ aut fui:peruenisse

me ad aliquod nomē īgenii credo. Frequēter motus sū: ut me lachrymæ nō solū deprehenderent: sed pallor & uero similis dolor.

Derisu.

h Vic diuersa uirtus quæ risū iudicis mouēdo & illos tristes soluit affectus: & animū ab intentiōe reꝝ frequenter auertit: & aliquādo ēt reficit: & a satietate uel a fatigatiōe renouat. Q uāta sit āt ī ea difficultas: uel duo maximi oratores: alter græcæ, alter latiæ eloquētiæ pricipes docēt. Nā pleriq; Demostheni facultatē huius rei defuisse credūt. Ciceroī modū. nec uideri pōt noluisse Demosthenes: cuius pauca admodū dicta: nec sane cæteris eius uirtutibus respodētia palā ostēdunt: nō displicuisse illi iocos: sed non contigisse. Noster uero non solum extra iudicia: sed etiā ī ipsis orationibus habitus est nimius risus affectator. Mihi quidem siue id recte iudico: siue amore īmodico præcipui in eloquentia uiri laboro: mira quædam uidetur in eo fuisse urbanitas. Nam in sermone quotidiano multa: & in altercatiōībus & interrogādis testibus plura q̄ qsq̄ dixit facete: & ipsa illa quæ sūt ī Verrem dicta frigidius: aliis assignauit: & testiōnii loco posuit: ut quo sūt magis uulgaria: eo sit credibilius illa ab oratore nō ficta: sed passim eē iactata. Vtinā Q uintus & libertus eius tyro: & alius q̄sqs fuit: q tres hac de re libros edidit: parcius dictorum numero indulsissent: & plus iudicii in eligendis: q̄ in cōgerēdis studii adhibuissent. Minus abiectus locus calūniantibus foret: q tamē nunc quoq; ut ī omni eius īgenio facilius qd reiici: q̄ qd adiici possit: īuenient. Affert aūt sūmā rei difficultatē. Primū qa ridiculū dictū plerūq; falsū ē. hoc sēp humile. sæpe ex īdustria deprauatum. Præterea nunq̄ honorificum. tū uaria hominū iudicia ī eo: qa nō rōne aliqua: sed motu animi quodā: nescio an enarrabili iudicať. Neq; hoc ab ullo satis explicari puto: licet multi temptauerint: Vnde risus: q nō solū facto aliquo dictoue: sed interdū quodā etiā corporis tactu lacessitur. Præterea non ut narratiōe moueri soleat. Neq;.n. acute tantū ac uenuste: sed stulte. iracunde. timide. dicta ac facta ridēť. Ideoq; āceps eius rei ratio ē: qa a derisu nō ꝓcul abest risus. Habet.n. ut Cicero dicit: sedem in deformitate aliqua & turpitudine: quæ cū ī aliis demonstrātur: urbanitas. cū in ipsū dicentē recidūt: stultitia uocatur. Cū uideatur aūt res leuis & quæ ab scurris. mimis. īsipientibus deniq; sæpe moueať: cū habet uī nescio an īperiosissimā: & cui repugnari minime pōt. Erūpit etiā īuitus sæpe: nec fultus ope: nec uultus mō ac uocis exprimit confessionē: sed totū corpus uí sua concutit. Rerum autem sæpe: ut dixi: maximarum momenta uertit: cum odium iramq; frequētissime frangat. Documēto sunt iuuenes tarentini: qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnā locuti: cū rationē facti reposceret, & neq;

consuetudine exigente.

h Vic diuersa uirtus. Quanta uis sit risus quantaque in eo apte mouendo sit difficultas primum exponit: Deinde unde potissimum habeatur facultas mouendi risus. Tum quibus nominibus appelleť risus ac unde ducatur sic aperte describit: ut mendis sublatis nulla enarratione opus eē uideatur. Minus abiectus locus calumniātibus foret. ut legať obiectus sēsus exposcit. De his āt iocoꝝ Ciceronis libris & Macrobius in secundo Saturnalium meminit his uerbis. Cicero autem quantum in ea re ualuerit: quis ignorat: quiuel liberti eius libros: quos is de patroni iocis composuit: quos quidam ipsius putāt eē legere curauit? Quis item nescit consularem eum scurram ab inimicis appellari solitum: quod in oratione etiam sua uatiuius posuit? Nescio an errabili. Enarrabili castigate legitur. Neq; hoc ab ulla explicari puto. ullo esse legēdū notius est q̄ ut sit admonendū. Sed interdum quodam etiā corporis tactu lacessitur. r. littera erasa tactu. & lacessatur: ut subiunctiui sit modi: mihi legendum uidetur. Præterea non ut narratione moueri soleat. Corruptus hic quidem est locus: utpote ex quo nihil ītegri sensus elici potest. Sed quo mō emēdari possit mihi sane non liquet: nisi forte ita corrigamus ut una ratione legamus. hoc modo. Præterea non una ratione moueri soleat. Sic autem esse legendum aperte quæ sequuntur: indicio sunt. Neq; enim inquit acute tātum ac uenuste. sed stulte. iracunde. timide dicta ac facta ridentur. Cum uideatur autem res leuis & quæ ab scurris. mimis. insipientibus deniq; sæpe moueať: tum habet uim nescio an imperiosissimam. Tamē ut loco tum particulæ: cum pro quis cum subiunctiuo iūcta manifeste exposcit. repugnari etiam non repugnare est legendum. Erumpit etiam inuitus sæpe nec fultus ope. Cum superiotis dicti hæc sit ratio. enim loco etiam & inuitis mihi legendum uidetur. hoc modo. Erumpit enim iuuitis sæpe. Documento sunt iuuenes Tarētini: qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti: cum rationē facti reposceret. Castigate in quibusdam exempla

ribus reposceretur legitur. Hoc au/tem & Valerius Maximus narrat li bro quinto: ubi humanitatis exem pla refert. Verum hoc quicquid est ut nõ ausim dicere carere omni arte. Pro omni fortasse omnino re/ctius legeretur. Quia nullam ob seruationem habet. Non aduerbi/um ascribendum esse: ut ex duabus negationibus affirmatio una efficia/tur facile ex ipso percipit̃ sensu. hoc modo. Quia non nullam. Nam id sane doctria possit augeri. Posset rectius legitur q̃ possit. In quoque præpositio ut ascribatur iudicio au rium sentitur: ut legatur in habitu atque uultu. Et in eo quis aliquid dicitur prior. Corrupte hic sed ne alibi quidem correcte legitur hoc modo. Et in eo quisquis aliquid di/xerit prior. Mihi uero loco & copu/læ: ut particula reponenda. ac loco illius in præpositionis cum & eo ꝓ nomen expungẽdum uidetur hoc modo ut cum quis aliquid dixerit prior. Neque non uideo etiam ut in eo qui aliquid dixerit prior: pos/se legi. uidetur autem esse occasio/nis exemplum. Hoc idem autem & Cicero in secũdo de oratore scribit Omnino inquit probabiliora sunt quæ lacessiti dicimus: q̃ quæ prio/res. Nam & ingenii celeritas maior est quæ apparet in respondendo: & humanitatis est responsio. Quin illæ ipsæ quæ dicta sunt ac uocan/tur. Dicta proprio iam nomine ap/pellantur ea quæ salsa sunt ut Cice/ro in secundo de oratore inquit.

Quæ tamen si deducas. diducas hoc est separes legẽdum est. Qua quidem significari uideo sermonẽ præferentem in uerbis. se ascriben/dum est ut legamus præ se ferẽtem

Venustum esse quod cum gratia quadam ex uenere dictum apparet. Castigate in aliis quibusdam legi/tur exemplaribus ita ut & copula loco ex præpositionis & dicatur nõ dictum legatur hoc modo. Venu stum esse quod cum gratia quadã & uenere dicatur apparet. Neq̃ enim diceret Horatius facetum Ca tonis genus natura concessum esse Vergilio. Quid sibi uelit Catonis mentio hoc loco: non uideo. Qua/re loco Catonis sensus exigit ut le/gatur orationis. Sicque legendum esse facile percipitur ex undecimo Horatii sermone. Molle atque fa/cetum Vergilio annuerunt gauden

negari res neq̃ defendi posset: risu sũt & opportuno ioco ela psi. Nãq̃ unus ex iis: imo inqt nisi lagena defecisset: occidisse mus te: eaq̃ urbanitate tota ẽ iuidia criminis dissoluta. Verũ hoc qcqd ẽ: ut nõ ausim dicere carere oĩ arte: qa nullã obser/uationẽ hẽt: sũtq̃ ad id ptinẽtia & a græcis & a latinis cõposi ta præcepta: ita plane affirmo præcipue positũ ĩ natura & oc casiõe. Porro natura nõ tãtũ ĩ hoc ualet: ut acutior qs atq̃ ha bilior sit ad ĩueniẽdũ.. Nã id sane doctrina posset augeri: sed ĩest ꝓprius qbusdã decor hĩtu atq̃ uultu: ut eadẽ illa minus dicẽte alio uideat̃ urbana eẽ. Occasioni uero & ĩ rebus ẽ tãta uis: ut sæpe adiuti ea nõ ĩdocti mõ: sed ẽt rustici salse dicãt: & ĩ eo qs aliqd dr̃ prior. Sũt. n. lõge uenustiora oĩa ĩ respõdẽdo q̃ ĩ ꝓuocãdo. Accedit difficultati: qꝑ eius rei nulla exercitatio ẽ. nulli præceptores utiq̃ ĩ cõuiuiis & sermonibus multi di/caces. Sed quia in hoc usu quotidiano ꝓficimus: oratoria ur/banitas rara. Nec ex arte propria: sed ad hãc consuetudinem cõmendata. Nihil aũt uetabat & cõponi materias ĩ hoc ido/neas: ut controuersiæ pmixtis salibus fingerent̃: uel res ꝓpo ni singulas ad iuuenum talem exercitationẽ. Quin illæ ipsæ quæ dicta sunt ac uocantur: quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus: si paulũ adhibita ratione fingerentur: aut aliqd in his seriũ quoq̃ esset admixtũ: plurimũ poterant uti/litatis afferre: quæ nũc iuuenũ uel sibi ludentiũ exercitatio ẽ. Pluribus autem nominibus in eadem re uulgo utimur: quæ tamen si diducas suam propriam quãdam ui ostendent. Nã & urbanitas dicitur: qua qdem significari uideo sermonem præferentem in uerbis & sono & usu proprium quẽdam gu stum urbis: & sumptam ex conuersatione doctoꝝ tacitã eru ditionem. Deniq̃ cui contraria sit rusticitas. Venustum esse: quod cũ gratia quadam & uenere dictum apparet. Salsum in cõsuetudine pro ridiculo tantũ accipimus. natura nõ utiq̃ hoc ẽ: q̃q̃ & ridicula oporteat esse salsa. Nã & Cicero. Omne quod salsum ait esse atticorum: non quia sunt maxime ad ri/sum cõpositi. Et Catullus cum dicit. Nulla in tã magno ẽ cor pore mica salis. hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculum Salsum igitur erit quod nõ erit ĩsulsũ: uelut quoddã simplex orationis condimẽtũ: quod sentit̃ latente iudicio: & uelut pa latũ excitat: quod & a tedio defendit orationẽ. Sane tamẽ ut ille in cibis paulo liberalius aspersus: si tamen nõ sit immodi/cus: affert aliquid propriæ uoluptatis: ita hi quoq̃ in dicẽdo habent quiddam: quod nobis faciat audiendi sitim. Facetum quoq̃ nõ tantũ circa ridicula opinor consistere. Neq̃. n. dice ret Horatius facetũ Catõis genus: natura cõcessũ eẽ Vergi/lio. decoris hãc magis & excultæ cuiusdã elegãtiæ appellati onẽ puto. Ideoq̃ ĩ epistolis Cicero hæc Bruti refert uerba: ne ulli sũt pedes faceti ac deliciis ĩgredienti mollius: quod cõue/

res rure camoenæ. Dicacitas a dicendo quæ est omni generi commune ducta est. Quod recte in quibusdam legitur exemplaribus. Ideoque hæc tota disputatio a græcis περι γελοιου inscribitur. hoc est de ridiculo. Etenim prima diuisio traditur. Cum nullius propositionis ratio assignetur: illa particula etenim mihi redundare uidetur. Eius autem genitiuus loco etenim ascribendus. hoc modo. Eius prima diuisio. Aliena autem reprehendimus. Aut loco autem legendum esse aperte ex sensu percipit. Nostra ridicula indicamus. a uocali in e conuersa ridicule legendum uidetur. Vt in illa Apodixe Ceciliana. Pyxide Cæliana pro apodixe Ceciliana legendũ esse aperte ex oratione Ciceronis pro Cælio percipitur. Sic enim ibi legitur. Hic etiam miramur si illam commentitiam pyxidem obscænissima sit fabula consecuta. Nihil est enim qđ in eiusmodi mulierem cadere non uideatur. & quæ sequuntur. Idẽ autem si uultu. Recte in quibusdã exemplaribus De uultu legitur si erasa. Nihil enim ex iis quæ dicunt salsa dicuntur insulsius. Ita quidẽ corruptus est hic locus: ut quod maxime approbat Fabius damnare uideatur. Quo nanque pacto nihil eo sit insulsius: cui maior q̃ cæteris gratia inest? Fieri certe non potest. Errores autem tolli posse uidẽtur: si & dicuntur passiue: & dicitur singulariter & salsius non insulsius legatur hoc modo. Nihil enim ex iis quæ dicuntur salsa: dicitur salsius. Autem q̃q̃ gratiæ plurimum. Cum autem coniunctio nunq̃ primum in oratione optineat locum: in secundum referatur. hoc modo. Quamq̃ autem. Qualia nuper Iani Bassi Iunius Bassus orator fuit egregius. Quare Iunii Bassi puto legendum. Horum autem oratorum de quibus hoc loco meminit Fabius: nulla aut scripta aut dicta extant. Quare talia fuisse qualia Fabius ait: credamus. In hac quidem pugna forensium malim mihi lenibus interdicere. Corrupte in quibusdam exemplaribus non interdicere: sed uti licere legitur. forẽsi autem loco forensium mihi uidetur esse legendum. hoc modo. In hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus interdicere ut subintelligat q̃ amicũ pdere. Nõ nunq̃ & contumeliose & aspere dicere in

nit cũ illo horatiano: molle atq; facetũ Vergilio. Iocum uero accipimus quod ẽ contrariũ serio. Nã & fingere & terrere & pmittere interĩ iocus ẽ. Dicacitas sine dubio a dicẽdo: quæ ẽ omni generi cõe: ducta ẽ: proprie tamen significat sermonẽ cum risu aliquos icessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt. dicacem negant. Propriũ autem materiæ de q̃ nũc loquimur: est ridiculũ. Ideoq; hæc tota disputatio a græcis περι γελιου inscribit̃. Etenim prima diuisio traditur eadem quæ est omnis orationis: ut sit positũ in rebus aut ĩ uerbis. Vsus autem maxime simplex. Aut enim ex aliis risũ petimus: aut ex nobis: aut ex rebus mediis. Aliena aut reprehendimus: aut refutamus: aut eleuamus: aut repercutimus: aut eludimus. Nostra ridicula indicamus: & ut uerbo Ciceronis utar: dicimus aliqua subabsurda. Nanq; eadẽ quæ si ĩprudẽtibus excidant: stulta sũt. si simulamus uenusta credunt̃. Tertium est genus: ut idem dicit: ĩ decipiendis expectationibus. dictis aliter accipiendis: cæterisq; quæ neutram personam cõtingunt. Ideoq; a me media dicũtur. Itẽ ridicula aut facimus aut dicimus. Facto risus conciliatur interim admixta grauitate: ut Marcus Cælius pretor: cũ sellam eius curulẽ consul Isauricus fregisset: alteram posuit loris intentam. Dicebatur autem consul a patre aliquãdo cæsus flagris. Interim sine respectu pudoris: ut ĩ illa Pyxide Cæliana. Quod neq; oratori neq; ulli graui uiro cõueniat. Idem autem si uultu gestuq; ridiculo dictum sit: in quibus est quidem summa gratia: sed maior cũ captare risum non uidetur. Nihil enim ex iis quæ dicuntur salsa: dicitur insulsius. q̃q̃ autem gratiæ plurimum dictis seueritas affert: fitque ridiculum id ipsum: quia qui dicit non ridet: est tamen interim & aspectus & habitus oris: & gestus non inurbanus: cũ iis modus contigit. Id porro quod dicitur: aut est lasciuũ aut hilare: qualia Galbæ pleraq;: aut contumeliosum: qualia nuper Iunĩ bassi: aut asperum qualia Cassii seueri: aut leue: qualia Domitii afri. Refert iis ubi quis utatur. Nam in conuictibus & quotidiano sermone lasciua humilibus. hilaria omnibus conueniunt. Ludere nunq̃ uelimus: longeq; absit propositum illud: potius amicum q̃ dictum perdidi. In hac quidem pugna forensium malim mihi lenibus interdicere. Nonnunq̃ & contumeliose & aspere dicere in aduersarios permissum est: cum accusare etiã palam & caput alterius ĩiuste petere concessũ sit. Sed hic quoq; tamẽ ĩhumana uideri solet fortunæ ĩsectatio: uel quia culpa

aduersarios permissum est. Quanq̃ ut legatur loco illarum negationum nõ nunq̃: sensus exposcit integritas. Vel quia redire etiam in ipsos. Sic quidem legitur. sed recidere sensui ac loquendi consuetudini maxime conuenire uidetur. Primum itaque considerandum est & quis in qua causa & apud quem. Loco in præpositionis & copula uidetur reponenda. hoc modo & quis & qua causa. Aut nostrum quoq; litigatorem. In præpositio ascribatur: ut legatur Aut in nostrum quoq; litigatorem. Ad eum cõtra quem iudicio liberali aderat: ne faciem quidem haberi liberi hominis. Ad præpositio mihi expungenda uidetur & habere non haberi legendũ. Hoc modo. Eum contra quem iudicio liberali aderat: ne faciem quidem habere liberi hominis. Extrinsecus autem uerbum dixit: quod frequentissime eleganter pretermittitur: subaudiendum est. Liberale uero iudicium dicitur: in quo de alicuius agit̃ libertate. Apd̃ iurisconsultos uero etiã titulus est. De liberali causa. ad quem Paulus sic scribit. Ordĩata liberali causa liberi loco habet̃ is qui de statu suo litigat: & item. Ordinato liberali iudicio interim pro libero habetur: & sicut ipse ageret: ita cum eo agi potest. Faciẽ uero liberi hominis turpes ac deformes ideo nõ habere dicuntur: quod ut idem Paulus de statu hominum scribit: non sunt liberi qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: ueluti si mulier monstrosum aut pdigiosum enixa sit. Ne tempore alienum. Tempori ut sit dãdi casus mihi legendum uidetur. Nam alienum interdum cum ablatiuo cum a uel ab præpositionibns copulatur. Interdum cum datiuo. Sed ad omnes pertinet. Non omnes sed omnia legẽdum esse facile est uidere. Ea quæ dicit uir bonus oĩa salsa dignitate decent. Salua pro salsa recte in quibusdam legitur exemplaribus. Neque numerosi minus sunt loci ex quibus hæc ducta: q̃ illi ex quibus quas sententias uocamus: ducuntur. Dicta legendum esse non ducta acutius intuenti patet. Eæ uero non eas legendum esse nemo non uidet. Hoc autem ex secundo de oratore libro: ut pleraque alia sumptum: elegãter per alia uerba suum efficit Fabius. Sic autem apud Cicerõem legit̃ Sed hoc mementote quoscunque locos attingam unde ridicula ducantur: ex iisdem locis fere etiam graues sententias posse duci. Risus igitur oriũtur aut in corpore eius: in quem dicimus. Ex corpore in quibusdam recte scribitur exemplaribus.

caret: uel quia redire etiã in ipsos qui obiecerunt põt. Primũ itaq; considerandum est: & qs in qua cã: & apud quem: & in quem: & quid dicat. Oratori minime cõuenit distortus uultus gestusq;: quæ in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis & scænica huic personæ alienissima ẽ. Obscænitas uero non a uerbis tantum abesse debet: sed etiã a significatiõe. Nã siquando obiici põt: nõ in omni loco exprobanda est. Oratorẽ præterea ut dicere urbane uolo: ita uideri affectare id plane nolo. Quapropter ne dicet qdem salse quotiẽs poterit: & dictũ potius aliquando perdet: q̃ minuet auctoritatem. Nec accusatorẽ aũt atroci in cã. nec patronum in miserabili iocãtem ferret quisq;. Sũt etiã iudices quidã tristiores: q̃ ut risum libenter patiantur. Solet interĩ accidere: ut id quod in aduersarium dicimus: aut in iudicem conueniat: aut nostrũ quoq; litigatorem. q̃q̃ aliqui reperiuntur: qui ne id quidẽ quod in ipsos recidere possit: euitẽt. Quod fecit longus Sulpitius: q cum ipse fœdissimus esset: ad eum contra quem iudicio liberali aderat: ne faciem quidẽ habere liberi hominis: cui respõdens Domitius afer: tu ĩquit ex animi sententia longe. Qui malam faciem habet: liber non est. Vitandum etiam ne petulans. ne superbus. ne loco. ne tempori alienum. ne præparatum. ne domo allatum uideatur: quod dicimus. Nam aduersus miseros: sicut supra dixeram: inhumanus ẽ iocus. Sed quidam ita sunt receptæ auctoritatis & notæ uerecundiæ: ut nocitura sit in eos dicẽdi petulantia. Nam de amicis iam præceptum est. Illud non ad orandi fere consilium: sed ad omnes pertinet. Lacessat hoc modo quem lædere sit periculosum: ne aut inimicitiæ graues insequantur: aut turpis satisfactio. Male etiam dicitur quod in plures conuenit: si aut nationes totæ incessãtur: aut ordines: aut conditio: aut studia multorũ Ea quæ dicit uir bonus omnia salua dignitate ac uerecundia decent. Nimium enim risus precium est: si probitatis compẽdio constat. Vnde autem concilietur risus: & quibus ex locis peti soleat: difficillimum est dicere. Nã si species omnes persequi uelimus: nec modũ repiemus: & frustra laborabimus. Neq; numerosi minus sũt loci: ex qbus hæc ducta: q̃ illi ex qbus eas q̃s sententias uocamus: ducũt̃. neq; alii. Nã hic quoq; est inuentio & elocutio: atque ipsius elocutionis uis alia in uerbis. alia in figuris. Risus igitur oriuntur aut in corpore eius: in quem dicimus: aut ex animo qui factis ab eo dictisq; colligitur: aut ex iis quæ sunt extra posita. Intra hæc enim

Quæ si grauius posita sit seuera sit. si leuius ridicula. Mendis non uacat hic locus: quæ sic tolli posse uidentur: si pro seuera seria legatur: & est loco sit: & sin loco si coniunctionis iterum positæ. Hoc modo. Quæ si grauius posita sit: seria est. Sin leuius ridicula. Rarum est autem oculis subiicere contingat. Vt ascribatur ne sensus minus integer uideatur. Sic enim in quibusdam legitur exemplaribus Rarum est autem ut oculis. Etiā ostendam qualis sis. Iam loco illius etiam ut legatur sensus exposcit. Isq; plane instaret interrogatione: qualem se tamen ostensurus esset. Tandem non tamen esse legendum facile censebit: qui non ignorat Tandem affectui atq; idignationi iterdum seruire: quiq; secūdum de oratore unde hæc sumuntur diligenter legit.

Tabernæ autem erāt citra forū. ac scutum illum signi gratia positū. Circa & illud recte. Citra & illum legitur corrupte. Aut. M. Cælius de illa. c. Lælii. Ac copula loco aut mihi uidetur reponenda. Tum id festiuissimū quod adiicit orator. Est uerbum recte in quibusdam exemplaribus ascriptum legitur: hoc modo Tum id est festiuissimum. Nā & a Cicerone sic est Fabricii fuga illa credita. Sic quidem legitur: sed credita nihil ad propositum. Condita uero penultima producta sensui q̃ pulcherrime mihi conuenire uidetur. Quare cōdita uel repugnātibus exemplaribus uidetur esse reponenda. Respicite inquit hominum fortunam. respicite. c. Fabricii senectutem. Quædam hoc loco eē prætermissa aperte ex oratione Ciceronis pro Cluētio: unde hæc sunt descripta: perspicitur. Sic enim ibi legitur. Respicite īquit hominum fortunas. respicite dubios uariosq; casus. respicite. C. Fabricii senectutē cum hoc respicite ornandæ orationis causa: sæpe dixisset: respexit ipse. At Fabricius a subseliis demisso capite discesserat. Cætera quæ sequūtur quia sunt maxime ridicula: subiicere non grauabor. Hic inquit iudices ridere. stomachari atq; ægre ferre patronus: causam sibi eripi. & se cætera de illo loco Respicite iudices non posse dicere. Nec quicq̃ prius est factum: q̃ ut illū persequeret: & collo obtorto ad subselia reduceret. Tum illud ultimū sic subsecutus. Hic loco illius sic corrupte in q̃busdā legit exēplaribus: ut ad illud uerbū trāsierit qđ seqt referat. Initiū. n. sēsus uidet eē subsecutus quo mō trāsierit. In narrādo aūt Cicero cōsistere facecias putat. dicacitatē in faciēdo. Hūc locū deprauatū eē neminē puto nō uidere. Quo nāq; mō dicacitas in faciēdo a Cicerone cōsistere dicat: cū ut paulo ante uidimus: a dicēdo deducat & significet sermonē cū risu aliquos īcessentē: Quare ꝑ faciēdo forsitā legēdū est iaciēdo: id quod facile ex iis: quæ post duos uersus iferunt: colligi pōt. Sic. n. Fabius inquit: Illud quoq; genus est positum non in hac ueluti iaculatione uerborum. Hoc idem ex secundo quoq; de oratore percipi potest: ubi sic præcipitur. Duo sunt genera facetiarum quarum alterum re tractatur, alterum dicto. Re siquando id tanq̃ fabella narratur: & paulo post. In dicto autem ridiculū est id quod uerbi aut sententiæ quodā acumine mouet. Sed dictoꝝ quoq; ab eoꝝ urbane. Loco eoꝝ eodē legendū esse constat.

est omnis uituperatio: quæ si grauius posita sit: seuera sit. si leuius: ridicula. Hæc aut ostenduntur: aut narrātur: aut dicto notantur. Rarum est autem: ut oculis subiicere contingat: ut fecit. C. Iulius: qui cum Helio mācipi sæpius obstrepenti sibi diceret: Etiam ostendam qualis sis: isq; plane instaret interrogatione: qualem se tamen ostēsurus esset: digito demonstrauit imaginē galli in scuto cimbrico pictam: cui māceps tum simillimus est uisus. Tabernæ autem erāt circa forum: ac scutum illum signi gratia positū. Narrare quæ falsa sint: in primis est subtile & oratorium: ut Cicero pro Cluētio narrat de Cepasio atq; Fabricio: aut Marcus Cælius đ illa. C. Lælii collegæq; eius in prouinciam festinantium contentione. Sed in his omnibus cum elegans & uenusta exigitur tota expositio: tum id festiuissimum quod adiicit orator. Nam & a Cicerone sic est Fabricii fuga illa credita. Itaq; cū callidissime se putaret dicere & cum illa uerba grauissima ex intimo artificio deprompsisset. Respicite inquit hominū fortunam. respicite Caii Fabricii senectutem. cum hoc respicite ornandæ orationis cā sæpe dixisset: Respexit ipse. Fabricius a subselliis demisso capite discesserat: & cætera quæ adiecit. Nam ē notus locus: cum in re hoc solum esset Fabricium a iudicio recessisse. Et Cælius cum omnia uenustissime finxit: tum illud ultimum. Hic subsecutus quo modo transierit utrum rate an piscatorio nauigio nemo sciebat. Siculi qdem ut sūt lasciui & dicaces: aiebant i delfino sedisse: & sic tanq̃ ariona trāsuectū. In narrando autem Cicero consistere facetias putat. dicacitatem in faciendo. Mire fuit in hoc genere uenustus Afer Domitius: cuius orationibus complures huiusmodi narratiões insertæ reperiuntur. sed dictorum quoq; ab eorum urbane sunt editi libri. Illud quoq; genus est positū nō i hac ueluti iaculatione uerborum & inclusa breuiter urbanitate: sed ī quodā longiore actu: quod de Crasso cōtra Brutū. Cicero in secūdo de oratore libro: & aliis qbusdā locis narrat. Nā cū Brutus i accusatiōe Caii plāci ex duobus lectoribꝰ ostēdisset cōtraria: Luciū Crassū patronū eius i orōne quā de colonia narbonensi

Iis quæ de lege seruilia dixerit.i uocali in a conuersa dixerat est legendum. Nihil enim quod in lacessendo dici potest non etiam in repercutiendo.Quod relatiuum ex alieno in suum locum uidetur transferendũ hoc modo.Nihil enim in lacessendo dici potest:quod non etiam in repercutiendo. Neq; illa obscura quæ Attellaniæ more captent.Atellanico Atellanæue mihi legendum uidetur.In Atellanis autem fabulis:quæ ab Atella campaniæ urbe dictæ sunt:obscuriora dicta iactabantur:seq; in uicem iocantes ridentesq; captabant. Cũ is candidatus qui Coci filius habebatur coram eo suffragium ab eo peteret.Pro eo recte alio in quibusdam legitur exemplaribus hoc modo:coram eo suffragium ab alio peteret.

Ego quoq; tibi fauebo.Iure ablatiuus mihi non uidetur ascribẽdus id quod in qbusdam legit̃ exẽplaribus:ut ex iure uerbo ambiguo potius q̃ ex quoq; copula:ioci lepiditatem Cicero sit uenatus. Cum.n.iure merito freq̃ter significet:de iure carniũ Ciceronẽ itellexisse uolũt: quo patrẽ coquũ candidato exprobraret. Sed mihi hoc nimiũ scurrile & a Ciceronis lepore alienũ uidet̃ Sine iure aũt illo etiã in uetusto exẽplari legit̃.Illius aũt Ciceronis dicti quod &.A.Gellius & Macrobius & Suetonius memoriæ ꝓdiderũt:nõ meminit Fabius. Cũ.n.m ater. M. Bruti seruilia pretiosum ære paruo fundũ a Cæsare abstulisset subiiciẽte hastæ bona ciuiũ:nõ effugit dictũ tale Ciceronis. Et qdẽ quo melius emptũ sciatis.Tertia deducta est.Filiã aũt seruiliæ erat Iunia Tertia eadẽque.C.Cassii uxor:quã ut scribit Suetonius:existimabat̃ seruilia mater Cæsari cõciliare. Hoc aũt Fabius tacuisse uidet̃:quia nimis curri le obscœnũq; uidebat̃. Sed quia raro bello respõdeãt.Pro bello quis nõ uideat legẽdum esse belle? Miror quid sit quod pater tuus homo constãtissimus te nobis uarium reliquit.Ab animo ad corpus trãsitũ fecit.uarius enim interdum mutabilis.interdum dicitur uersicolor. ut illud Vergilii Quid lynces bacchi uariæ.qua in significatiõe Cicero uarium accepit.uarii enim dicũtur qui uarorum stigmatis uersicolorem habent faciem.Illud autem Ciceronis ut nimis scurrile tacuit quod est apud Suetonium in Cæsaris uita.Tum quidem plerisq; uilitatem mirantibus facetissime Cicero. Quo melius inquit emptum sciatis Tertia deducta est. Existimabatur enim Seruilia etiam filiam suam Tertiam Cæsari cõciliare. Respondit sero.Quidnam in hoc nomine est ambiguitatis? An & tarde significat sero:cum est aduerbium:& uesperi cum est ablatiui casus huius nominis serum:quod ut elegãter pro ultima diei hora ponitur:ita sero aduerbium barbare ab iis usurpatur: qui salutantes bonum sero dicunt.Quibus quidem ego respondere consueui Malum cito:ut qui precantur ut sero bonis frui possim:cito ipi mala expiant̃. Vt Nero de seruo pessimo dixit. Impatori Neroni hoc dictũ nõ eẽ attribuẽdũ apte ex secũdo Cicerõis de oratore ꝑcipit̃.Ridiculũ ẽ inqt illud Neronianũ uetus i furacẽ seruum.Solum esse cui domi nihil sit nec obsignatum nec obclusum.Quod idem in bono seruo dici solet.

habuerat:suasisse:iis quæ de lege seruilia dixerit: tres excitauit:& ipse lectores:hisq; patris eius dialogos dedit legendos: quorum cũ i priuernati unus.alter in albano.tertius in tiburti sermonẽ habitũ cõplecteret̃:requirebat ubi essent eæ possessiones.Omnis autem illas Brutus uendiderat:& cũ paterna manciparet prædia:turpis habebatur. Similis i apologis quoq; & quibusdam etiam interi historiis exponẽdis gratia consequi solet.Sed acutior est illa atq; uelocior in urbanitate breuitas.Cuius quidẽ duplex est forma dicendi ac respondẽdi.sed ratio communis i parte.Nihil eni quod in lacessendo dici põt:non etiam in repercutiẽdo.At propria quædam sũt respondentium.illa etiam ira concitati afferre solẽt.Hæc plerũq; in altercatione:aut in rogandis testibus requirũtur. Cũ sint autem loci plures:ex quibus dicta ridicula ducantur: repetendum est mihi non omnis eos oratoribus conuenire. In primis autem ex amphibologia:neq; illa obscura quæ Attelanæ more captent:nec qualia uulgo iactant̃ uilissimo quoq; cõuersa i maledictũ fere ambiguitate. Ne illa quidẽ quæ Ciceroni aliquãdo:sed non in agendo exciderunt:ut dixi: cũ is candidatus:qui Coci filius habebatur:coram eo suffragiũ ab eo peteret.Ego quoq; tibi fauebo:nõ quia excludẽda sint omnino uerba duos sensus significantia: sed quia raro belle respodeant:nisi cum prorsus rebus ipsis adiuuantur. Quare non hoc modo pene & ipsũ scurrile Ciceronis est in eũdẽ: de quo supra dixi:Isauricum.Miror quid sit:q; pater tuus hõ cõstantissimus te nobis uarium reliquit.Sed illud ex eodem genere præclarum:cum obiiceret Miloni accusator in argumentum factarũ Clodio insidiarum:quod bouillas ante horam nonam diuertisset:ut exp ectaret:dũ Clodius a uilla sua exiret:& identidem interrogaret:quo tempore Clodius occisus esset:respondit sero:quod uel solum sufficit:ut hoc genus nõ totũ repudiet̃.Nec plura mõ significari solẽt:sed ẽt diuersa:ut Nero d̃ seruo pessimo dixit. Nulli apd̃ se plus fidi hr̃i. nihil ei neq; clusũ neq; signatũ eẽ. Peruenit res usq; ænigma

Quæ est Ciceronis in Pletorium.L.ascribatur ut quale ita sensu exposcente legatur. Vt Fabius Maximus incusans Augustæ congiarioꝙ;quæ amicis dabantur:exiguitatem heminariam esse dixit. Deprauatum hūc esse locum pauci admodum animaduertunt:cum duobus & maximis quidem flagitiis sit inquinatus.quæ mihi sic tolli posse uidentur:si loco Augustæ Augusti.& Heminaria.m.littera de fine erasa legatur.ut enim cō giarium a congio mensuræ genere deducitur:sic ab hemina itidem mensura Heminarium deriuatur.Quod non perspiciétes huius diuini operis corruptores & Augustum in Augustam & Heminaria in Heminariam ut inter se conuenirent peruerterūt Et miramur si in difficilioribus grauiora quoque perpetrata sunt flagitia. Nam congiarium commune liberalitatis atque mensuræ:a mensura ducta imminutione rerum. Ne hæc quidē uerbi explanatio erroribus uacua est:sic autem emendari posse uidetur:ut cum particula ac sit uerbum ascribantur & imminutio legat ultima syllaba in est uerbum cōuersa.hoc modo.Nam cum congiarium commune sit liberalitatis atq; mensuræ:a mēsura ducta īminutio est rerum.Exponit autem Fabius quo modo per metalepsin dictum sit.est enim metalepsis ut īquit Diomedes grammaticus per trāslationē dictionū proprietatis dilatio.uel dictio gradatim a nomine ad ꝓpriā significationē descēdens:ut speluncis abdidit atris.Ex atris enī nigræ ītelligunt.Ex nigris tenebras habētes ac per hoc in præceps ꝓfundæ.Sic Fabius non congiaria sed heminaria esse dixit ex paruitate mensuræ exiguitatē munerum significans.Nam Hemina congio minor est mensura.Heminaria ergo per metalepsin parua ītelliguntur.ut enim a congio congiarium sic ab Hemina heminarium declinari posse diximus. Et tā frigida.Hæc ꝓnomē ascribendū ē.hoc mō.Et hæc tā frigida. Modo futurū ut oīa uerteret cū diceretur ei uerres.Verreret legēdū ac ei datiuus uidet:ut redūdās expūgendus. Modo Herculē ei quē expilauerat:molestiorē apro Erymanthio fuisse.Peruersus mihi uidetur hic sensus.Neq; enī Hercules uerri sed contra Verres Herculi quem expilauit fuit molestus.Quare uel exemplaribus refragrantibus corrigamus hoc modo:ut & Herculi & eum legamus.hoc modo.Modo Herculi eum quē expilauerat. Quæ iam ueteres illi iocabant: qui Lentulum Spintherē & Scipionē Syriationē eē dixerūt.Quae uocali erasa & Serapionē non Syriationē legēdū esse cōtenderī.Nā ut q̄ legatur sensus exposcit.Serapionē āt uocitatū fuisse Scipionē testatur Valerius Maximus in capite de similitudine formæ.Eximiæ uero inquit nobilitatis adolescens Cornelius scipio

quale est Ciceronis in Pletorium Fonteii accusatorem: cuius matrem dixit dum uixisset ludum:postq̄ mortua esset:magistros habuisse.dicebātur autem dum uixit:infames fœmine ad eam conuenire solitæ. post mortem eius bona uenibant: q̄q̄ hic ludus per translationem dictus est. magistri per ābiguitatem.In metalepsim quoq; cadit ratio dictorū: Vt Fabius maximus incusans auguste congiariorū: quæ amicis dabantur exiguitatem heminariam esse dixit. Nā congiarium cōmune liberalitatis atq; mensuræ:a mensura ducta īminutione rerū:& tam frigida q̄ est nominū fictio.adiectis.detractis.mutatis litteris:ut aciscolū:quia eēt pactus paciscolū:& placidum nomine:quia is acerbus natura esset Aculū & Tullium:cū fur esset:Tollium dictos inuenio. Sed hæc eadē genera commodius in rebus q̄ in nominibus respondent. Afer enim uenuste Manliū suram multū in agendo discursantē. salientem.manus iactantē.togam deiicientē & reponentem non agere dixit:sed satagere.Est enim dictū per se urbanum satagere:etiā si nulla subsit alterius uerbi similitudo. Fiunt & detracta & adiecta aspiratione:& binis coniunctis uerbis similiter sæpius frigida: aliquando tamen recipienda: eadēq; conditio est in iis quæ a nominibus trahuntur.Multa ex hoc Cicero in Verrē:sed ut ab aliis dicta modo futurū:ut omnia uerreret:cū diceret Verres:modo Herculē ei quē expilauerat molestiorē apro erimanthio fuisse.modo malū sacerdotem:qui tā neq̄ Verrē reliquisset:quia sacerdos Verri successerat. Præbet tamen aliquando occasionem quædam fœlicitas hoc quoq; genere bene utendi:ut pro Cecinna Cicero in testē Sex.Clodiū Phormionē.Nec minus niger inquit: nec minus confidens q̄ est ille terentianus Phormio.Acriora igitur sunt & elegantiora quæ trahuntur ex ui rerū. In his maxime ualet similitudo:si tamē ad aliquid inferius leuiusq; referatur:quæ iā ueteres illi iocabant: qui Lentulū spintherē & Scipionē syriationē eē dixerūt. Sed ea non ab hoibus mō petitur:uerū etiā ab animalibus:ut nobis pueris Iunius bassus homo in primis dicax asinus albus uocabatur: & Sarmētus seu Publius Blessus Iunium hominem nigrum & macrū & pandū fibulam ferreā dixit:quod nūc risus petēdi genus

cũ plurimis & clarissimis familiæ suæ cognominibus abũdaret: in ser uilē Serapionis appellationē uulgi sermone īpactus est: quod huiusce nois uictimario perq̃similis erat. Lentulus aũt: ut idem ait: ex quodā assectarum cognomē spintheris traxit. Adhibetur autem similitudo interim palam. interim serio solet parabole. Corruptus esse hic sensus manifeste uidetur. Palam enim & serio sunt disparata: neq ullam īter se habēt relationē: quā īterī aduerbiũ exposcit. Quare serio forsitā est eradendum ac loco eius inseri uerbum totidem syllabarum reponendum. hoc modo. Adhibetur aũt similitudo īterim palam: interim inseri solet parabole. Adhuc subtilior illa simili translatio. Ex præpositio est ascribenda: ut ex simili legatur. Vt Chrysippus cum in triũpho Cæsaris eburnea oppida essent translata. & post dies paucos Fabii Maximi lignea: thetas eē oppidorum Cæsaris dixit. Thecas legendum eē facile est uidere. Sũt autem Thecæ repositoria rerum. unde bibliotheca librorum repositorium dici potest.

Sic inquit petis tanq̃ Cæsaris candidatus. Candidati Cæsaris dicebātur ut ego quidem sentio: quos Cæsar extollebat ac in adipiscendis magistratibus iuuabat. Isti aũt Cæsaris fauore freti negligentius ambibant petebātq magistratus. Sunt quidē & qui candidati principis dicuntur qui in senatu solis principibus litteras legebāt: de qbus & ulpianus De officio quæstoris sic scribit. etenī cādidati principis erāt quæstores: qui nunq̃ prouincias sortiebant̃. Tu enim inquit non times ne locũ perdas. Illa coniunctio enim ut superuacua mihi uidetur expungenda.

Quod sine dubio & opinio decipitur. Quo littera. d. expuncta legatur. Quod dixit. M. Vestinus cũ ei nunciatum esset: aliquando desinet putere. Huic quidem sensui aliqua deesse uideo: sed quæ ea sint diuinare mihi non licet. An non plurima dicuntur quæ refert Cicero de homine prælōgo caput eum ad Fornicē Fabium offendisse. Hũc quoque deprauatum esse locum tũ ex sensu ipso: tum ex secũdo de oratore libro facile perspici potest. Nā Cicero hunc eundem locum exponens ita scribit. Etiam illa quæ minuēdi aut augēdi causa dicunt̃: icredibilē admiratiōnē afferũt: uelut tu Crasse in concione ita tibi ipm magnũ

frequentissimum est. Adhibetur autem similitudo interī palam: interim serio solet parabolæ: cuius ē generis id Augusti: qui militi libellum timide porrigenti: noli inqt dubitare: tāq̃ assem elephanto des. Sunt quædam etiam uerisimilia. Vnde Vatinius dixit hoc dictum: cum reus agente in eũ Caluo candido frontē sudario tergeret: idq ipsum accusator in inuidiā uocaret: q̃uis reus sum inquit: & panem candidũ edo. Adhuc est subtilior illa simili translatio: cũ quod in alia re fieri solet in aliam mutuamur: Ea dicat̃ sane fictio: ut Chrysippus cũ in triũpho Cæsaris eburnea oppida essent translata: & post dies paucos Fabii Maximi lignea thecas esse oppidorũ Cæsaris dixit. Et Empedocles de Mirmillone q retiarium consequæbatur: nec feriebat: Viuum inquit capere uult. Iungitur amphibologiæ similitudo: ut. L. Galba qui pilam negligēter petenti: sic inquit: Petis tanq̃ Cæsaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est: securitas similis: quod hactenus ostendisse satis est. Cæterũ frequentissima aliorum generum cum aliis mixtura est: eaq optima quæ ex pluribus constat. Eadē dissimilium ratio est. Hic eques romanus ad quem in spectaculis bibentem: cum misisset Augustus qui ei diceret: ego si prandere uolo: domum eo. tu enim inquit non times: ne locũ perdas. Econtrario nō una species. Neq enim eodem modo dixit Augustus præfecto: quem ignominia mittebat: subīde interponenti precibus: Quid respōdebo patri meo: dic me tibi displicuisse: quo Galba penulam roganti. non possũ cōmodare. domī maneo: cum cœnaculũ eius perplueret. Tertium adhuc illud. siquidem ut ne auctorem ponam: uerecundia ipsius facit: Libidinosior es q̃ ullus spado: quo sine dubio & opinio decipitur. Sed ex cōtrario & hoc ex eodem loco ē: sed nulli priorum simile: quod dixit Marcus Vestinius: cum ei nunciatum esset aliquando desinet putere. Onerabo librũ exemplis: similemq iis qui risus gratia componũtur efficiā: si persequi uoluero singula ueterum. Ex omnibus argumentorum locis eadem occasio est. Nā & finitione usus est Augustus de Pantomimis duobus: q alternis gestibus contēdebāt: cum eorũ alterum saltatorem dixit: alterũ interpellatorem: & partitione Galba: cum penulam roganti respondit. nō pluit. non est opus tibi. si pluit ipse utar. Proinde genere: specie. propriis. differentibus. iugatis. adiunctis. cōsequentibus. antecedentibus. repugnantibus. causis. effectis: cōparatiōe pariũ. maiorum. minorum similis materia præbetur. Sicut in tropos quoq omnes cadũt. An nō plurima dicunt̃: quæ refert Cicero de homine prælongo: caput eum ad fornicem Fabium offendisse. Et quod. P. Oppius dixit de genere Lentulorum:

uideri Memium: ut in forum descendens caput ad Fornicem Fabii demitteret. Ex his Ciceronis uerbis hunc sensum sic emendandum coniecto: ut græce καθυπερβολην ascribatur. græca enim a librariis fere litterarū græcarum imperitis facilius prætermitti solent. hoc est per hyperbolen: qua & incrementum & decrementum significatur. Quale præterea non quæ legendum uidetur. hoc modo. An non plurima per hyperbolen dicuntur? quale refert Cicero & cætera. Fornix autem Fabianus: ut Pædianus scribit: arcus est iuxta Regiam in sacra uia a Fabio Censore constructus: qui deuictis Alobrogibus Alobrox est nominatus. Ibiq; scuta eius posita fuere.

cum assidue minores parentibus liberi essent in nascendo. Interim utrūq;. Quid ironia? nōne etiam quæ sit uerissime loci prope genus est? qua urbane usus est Afer: cū Didio gallo: q̄ ꝓuinciam ābitiosissime petierat: deinde impetrata ea tanq̄ coactus querebatur: age inquit aliquid: & rei. p. causa elabora: quaq; Cicero usus sit: cū Vatinii morte nūciata: cuius parum certus dicebatur auctor. Interim inq̄t usura fruar. Idem per allegoriam Marcū Cælium melius obiicientem crimina q̄ defendētem: bonam dextram. malam sinistram habere dicebat. Emphasia Iulius dixit ferrū tatiū īcidisse. Figuras quoq; mentis quæ σχηματα διανοιας dicunt: res eadem recipit omnis: in quas nonnulli diuiserūt species dictorū: Nā & interrogamus: & dubitamus: & affirmamus: & minamur: & optamus. Quædam ut miserātes: & quædam ut irascentes dicimus. Ridiculū est aūt omne quod aperte fingit. Stulta reprehendere facilimum est. Nam per se sūt ridicula. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Stulte īterrogauerat exeūtem de theatro Campatiū Curius Mānius an spectasset. facit Cāpatius dubitationem eius stultiorem dicēdo. Sed in orchestra pila lusi. Refutatio cū sit in negando. ī arguendo. defendēdo. eleuando: ridicule negauit Mannius Curius. Nam cū eius accusator in Sipario omnibus locis aut nudum eū in neruo: aut ab amicis redemptū: ex al ea pinxisset. ergo ego iq̄t nūq̄ uici. Redarguimus interī aperte: ut Cicero Iubiū Curtium multū de annis ætatis suæ mentientem: Tū ergo cū una declamabamus: non eras natus. Interī ut simulata assensione: ut idem Fabiæ: Dolobellæ dicenti: triginta se annos habere. Verū est inquit. Nam hoc iam uiginti annis audio. Belle interim subiicitur pro eo: quod neges aliud mordacius: ut Iunius Bassus: quærente Domitia Passanii: q; incusans eius sordes calceos eā ueteres diceret uændere solere. Nō me hercules inq̄t hoc unq̄ dixi: sed dixi emere te solere. Defēsionē imitatus est eques romanus: q obiicieti Augusto: q; patrimoniū comedisset: meū iquit putaui. Eleuandi ratio ē duplex: ut aut ueniam quis aut iactātiam minuat. Quēadmodū. C. Cæsar Pōponio ostēdenti uulnus ore exceptū ī seditione sulpitiana: q; ipse se passū ꝓ Cæsare pugnātē: gloriabat:

Interim utrunque. Quid sibi uelint hæc duo uerba mihi non percipitur. Nihil certe sensū adiuuant. Sed omnino superuacua uidētur: nisi quod locum ioci eius: quem de genere Lentulorum. P. opius: dixit: occupasse uidētur. Dictū nanque illud ita corruptum atque confusum est ut non habeatur.

Quid Ironia? nonne etiam quæ sit uerissime loci ꝓpe genus ē. Emēdate in quibusdam exemplaribus uerissima & ioci legitur. Hoc uero & Cicero præcipit cum inquit. Vrbana etiā dissimulatio est: cum alia dicuntur ac sentias. Quam urbane usus est Afer cum Didio gallo. ut qua legatur sensus exposcit q̄uis exēplaria nobis nō astipulent. Quaque Cicero usus sit: est uidetur legendum ne modi dissimiles copuletur. Emphasia Iulius dixit ferrum Tatiū incidisse. Emphasi quidem. a. uocali expuncta legendum est: sed ne sic quidem mihi percipitur hoc dictum. Emphasis autem est ut ipse Fabius in nono describit cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: ut apud Vergilium Non licuit thalami expertem sine crimine uitam Degere more feræ. Quā q̄enim de matrimonio querit Dido tamen huc erupit eius affectus: ut sine thalamis uitam non hominum putet: sed ferarum. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis abiectio. Adiectio ut legatur sensus exposcit: non autem abiectio. Facit Campatius dubitationem eius stultiorem dicendo sed in orchestra Pila lusi. Non negandi aduerbium mihi ascribendum uidetur q̄uis exemplaria dissentiant. ut legatur: Dicendo Non. Sed in orchestra Pila lusi.

Refutatio cum sit in negando. in arguendo. defendendo. In præpositione expuncta redarguendo legendum esse aperte: quæ sequuntur demonstrant. Nam & cum eius accusator in sipario omnibus locis aut nudum eum in neruo. Et copula ut sensui onerosa expungatur. Sipariū aūt ut inq̄t Sex Pōpeius genus est ueli minuti: quod populo obiicebat. dū fabulaq; actus cōmutabant. In neruo aūt esse dicunt: qui uicti & ligati sunt. Interī ut simulata assensione. Et copula loco ut est reponēda.

Quia Cicero est usus in uatinium. Qua legendum est i uocali erasa. Dies enim inquit longiores sunt. Enim coniunctio hinc quoq; ut redundans eradenda uidetur. Repercutiendi multa sunt genera. uetustissimum: quod est similitudine aliqua uerbi adiuuatur. Venustissimum ac loco est uerbi etiam in quibusdam legitur exemplaribus. hoc modo. uenustissimum quod etiam. Vt Tracallatus. Tracallus recte alibi legitur. Nunquid ergo illuc accedo. ego. r. expuncta legendum est. Nunquid enim illud satis indignationis præ se ferre uidetur. Mendacium quoq; mendacio ut galba dicente quadam uictoria esse uno in Sicilia quinque pedes longam Muraenam emisse:

lis ſit:de quo agit̃.Accuſatoris aūt ē efficere:ut ſiqd obiecerit:nō ſolū turpe ſit:ſed etiā crimini de quo ē iudiciū q̃maxime conueniat. Nā ſi reū cædis impudicū:uel adulterū uocet: lædat qdē infamia: minus tamē hoc ad fidē ualeat:q̃ ſi audacem.petulantē.crudelem. temerariū oſtenderit.Patrono ſi fieri poterit:id agendū eſt ut obiecta uel neget:uel defendat:uel minuat.proximum eſt ut a præſenti quæſtione ſeparet.Sunt enim pleraq; non ſolum diſſimilia: ſed etiam aliquando contraria:ut ſi reus furti prodigus dicatur aut negligens.Neque enim uidetur in eundem contemptus pecuniæ: & cupiditas cadere.Si deerunt hæc remedia ad illa declinandum eſt non de hoc quæri.nec eum q aliquando peccauerit: utiq; commiſiſſe omnia.& hanc fiduciam fuiſſe accuſatoribus falſa obiiciendi: quod læſum & uulneratum reum ſperauere hic inuidia opprimi poſſe.Alia propoſitio eſt accuſatoris:contra quam loci oriūtur ſæpe a perſona.Prior dicit argumēta defenſor & interim generaliter. Incredibile eſſe a filio uirum occiſum.ab imperatore proditā hoſtibus patriam.Facile reſpondetur: uel ꝗ omnia ſcelera in malos cadant:ideoq; ſæpe deprehenſa ſint.uel ꝗ ingenium ſit crimina ipſa atrocitate defendi.Interim proprie:quod eſt uarium.Nam dignitas & tuetur reum:& nonnunq̃ ipſa in argumentū facti cōuertit̃: tanq̃ inde fuerit ſpes impunitatis:ſed peride paupertas:humilitas. opes:ut cuiq; ingenio uis eſt:in diuerſum trahūtur.Probi uero mores.ante actæ uitæ integritas nunq̃ non plurimum profuerint.Si nihil obiicietur:patronus qdem in hoc uehementer incumbet.Accuſator autem ad præſentem quæſtionem de qua ſola iudiciū ſit: cognitionem allegabit.dicens neminē non aliquando cœpiſſe peccare:nec pro εγκαινια ducendum ſcelus primum.Hoc in reſpondendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos: ut noluiſſe potius obiicere:q̃ non potuiſſe credatur. Eoq; ſatius eſt omni ſe ante actæ uitæ abſtinere conuicio: q̃ leuibus: aut friuolis: aut manifeſto falſis reum inceſſere:quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit:omiſiſſe credi pōt maledicta tanq̃ ſuperuacua: qui uana congerit:confitetur uanum in ante actis argumentum: in quibus uinci q̃ tacere maluerit.Cætera quæ a perſonis duci ſolent in argumentorum locis expoſuimus.Proxima eſt ex cauſis probatio:in quibus hæc maxime ſpectātur ira.odium.metus.cupiditas. ſpes.Nam reliqua in has ſpecies cadunt:quorum ſiquid in reū cōueniet: accuſatoris eſt efficere ad quicquid faciendum cauſæ ualere uideantur:eaſque quas in argumentū ſumet augere: Si minus: illuc conferenda eſt oratio:aut aliquas fortaſſe latētes fuiſſe:aut nihil ad rem pertinere cur fecerit:ſi fecit:aut etiam dignius eſſe odio ſcelus:ꝗ non habuerit cauſam.Patronus uero quotiens poterit inſtabit huic loco:ut nihil credibile ſit factū eſſe ſine cauſa. Quod Cicero uehemētiſſime multis orationibus tractat:præcipue tamē ꝓ Vareno:q in omnibus malis premebat̃.nā & dānatus ē. At ſi ꝓ ponit̃ cur factū ſit:aut falſā cām:aut leuē:aut ignotā ꝓ reo dicet.

aliquo qui sibi omnia arrogant atq; immutare nulla: cur id faciant: reddita ratione permittunt: eam praepositioné pro fuisse ascriptá cótenderim. Qui.n. Quintilianus sic scripsisset: cú insulsissimus appareat sensus? Quis náq; patronus nó pro reo dicit? Profecto nemo: cum etiá patroni qui praeuaricant: se pro reo dicere simulét. Ne igit Fabio tales ascribant ieptiae: praepositio ipsa psus: ut sensus ueritaté itegritatemq; cósundés eradat emédateq; sic legat. Aut ignotá reo dicet. Causis.n. sic quoq; respódere solemus: cú dicimus eas reo fuisse ignotas. Neq;.n. qsq ea causa mouet ad aliqd faciendú: quá ignorat. Ná qué posse reperiri qui nó metuat. oderit. speret. Nisi uererer ne cui uidear audacior: céseré huic sensui duo uerba irascat cupiat esse ascribenda: ut oés huiusmodi affectus cóprehéderentur. Cú iterrogatióe aút sine cótrouersia legendú est. Ná hoc magis generale rectiorq; diuisio. Aut nullú crimé credibile aut hoc. Inuitus eqdé facio ut quicq imuté: uereorq; ne mihi id uitio uertat: sed cú siqd sentiá ostédero: libeg tamé unicuiq; reliquat iudiciú: amore pulcherrimi opis nó grauabor oém istog subire calúniá. Haec qdé diuisio Aut nullú crimé credibile aut hoc: mendis pag acute ituéti carere uidetur. ego uero nó ad personam referri: ut uult Fabius: sed ad ré facile cótéderi Quid.n. ad psoná si aut nullum crimé est credibile. aut hoc? Profecto nihil. Quare fortasse in nullo & in hoc uel refragátibus exéplaribus é legédú. hoc mó. Aut in nullo crimé credibile aut i hoc. Sic.n. manifeste ad psoná haec referet diuisio. Pót tamé idipsum sicut plerúq; uertere utilitas. Cú plerúq; sit aduerbiú sensus aút nomé exigat. pleraq; etiá refragátibus exéplaribus legédú eé affirmarim. An etiá si ignoratú eét absolui. Emádate in aliis exéplaribus legit nó eét. Inspiciunt utiq; difficultates & occasiones quae sunt plurimae. & copula ascribenda uidetur

Possút esse aliquae iterim ignotae. An haeredem habuerit. An accusaturus fuerit cú: a quo dicit occisus. Si alia defecerit nó utiq; spectádas eé cás. Nam qué posse reperiri q non metuat. oderit. speret. plurimos tamen haec salua innocétia facere: neq; illud é omittendú: nó ois causas in oibus psonis ualere Ná ut alicui sit furandi cá pauptas: non erit idé in Curio Fabricioq; mométú. De cá prius an de persona dicédú sit quaeritur: uarieq; est ab oratoribus factú. a Ciceróe etiá praelatae frequéter causae. Sed mihi si neutro litis conditio praeponderet: secúdú naturam uidet icipere a persona. Ná hoc magis generale est: rectiorq; diuisio. Aut nullú crimé credibile. aut hoc. Pót tamen id ipsú sicut plerúq; uertere utilitas. Nec tantú causae uolútatis sút quaerendae: sed interi & erroris: ut ebrietas & ignorantia. Nam haec ut in qualitate crimé eleuát: ita in cóiectura premút. & persona qdem nescio: an unq utiq; i uno actu rei possit icidere: de qua neutra ps dicat. De causis frequéter quaeri nihil attinet: ut in adulteriis: ut i furtis: qa illas per se ipsa crimina secú habent. Post haec intuenda uidentur: & consilia quae late patent: an credibile sit reú sperare id a se scelus effici posse: an ignorari cú fecisset. an etiá si ignoratú eét absolui. uel poena leui transigi. uel tardiore. uel ex q mius incómodi consecuturus: q ex facto gaudii uideret. an etiam tanti putauerit poenam subire. Post haec an alio tempore: & aliter facer: uel facilius uel securius potuerit: ut dicit Cicero pro Milone enumerás plurimas occasióes: qbus ab eo Clodius ipune occidi potuerit. Praeterea cur potissimú illo loco. illo tépore. illo mó sit aggressus: q & ipse diligentissime tractatur p eodem locus. An etiá si nulla róne ductus é: impetu raptus sit & absq; sétentia. Ná uulgo dicit. Scelera nó habere consiliú. An etiam consuetudine peccádi sit allectus. Excussa prima pte an uoluerit: seqt an potuerit. Hic tractat locus. tépus: ut furtú in loco clauso. frequéti tépore uel diurno cú testes plures: uel nocturno cú maior difficultas. Inspiciút utiq; difficultates. occasióes quae sút plurimae. Ideoq; exéplis nó egét. Hic sequés locus talis é: ut si fieri nó potuit sublata lis sit Si potuit sequat quaestio. an fecerit. Sed haec ét ad animi cóiecturá pertinét. Ná & ex his colligit an sperauerit. Ideo spectari debent & istrumenta: ut Clodii ac Milonis comitatus. Quaestio an fecerit. Incipit a secundo tépore id é praeséti: ac

Quaestio an fecerit incipit a secúdo tempore id est praesenti ac deinde coniuncto. Etsi praeceptum hoc mendis carere uidetur: si tamen sibi constare Fabius cesendus est: paulo cófusius deprehendetur. Coniúctum nanq; tempus cum alibi tum in quinto ubi de probatione artificiali differit. pro praeséti accipit. hic aliud eé a praeséti sentire uidet. nec satis patet quod tépus coniúcto attribuat. Quod si insequéti illud qd ex interuallo subiicitur: coniuncto ascriberet & sensus perspicuus esset & Fabius cádidus hic quoq; esse uideretur. Cum enim cóiunctum tépus pro praesenti pprie ponatur: ut pote quod & preterito & futuro iúgatur: tamen pro futuro quoq; poni potest. Ná futug praesenti adhaeret. Quare mihi Fabius uidetur ut secundum pro praesenti ita coniunctum pro insequéti exposuisse: simulq;

eorum exẽpla subiecisse.hoc modo.Quæstio an fecerit incipit a secundo tempore id est præsenti:ac deinde cõiuncto hoc est.in sequenti:quorum sunt sonus.clamor.gemitus.latitatio.metus.similia.Sic autem esse legendum etiam ille genitiuus quorum aperte ostendit.Præsens uero tẽpus scite Fabius uocat secundũ.Nã preteritum primum esse dicit.instans secũdum.Futurum tertiũ. Sed uerba magis nocent aut minus.magis prosunt nostra q̃ aliena.magis prosunt & minus nocent aliena q̃ nostra.Ita deprauatus est hic locus ut aperte falsa ac contraria sint quæ ex istis colliguntur sensibus. Sine controuersia nanque falsum est nostra uerba magis prodesse q̃ aliena.alioqui statim non subiiceretur:magis prosunt & minus nocent aliena q̃ nostra.Quare minime miror si pauci admodum e professoribus hoc opus legere aggressi plegere ab auditoribus deserti potuerunt:cum fere plures corrupti sensus deprehẽdantur esse q̃ integri habeãtur.Sed mihi diutius scrutanti:sic tandẽ emendari posse uidetur: si tria hæc uerba ascribantur . nocent & minus.ut legatur:Sed uerba magis nocent aut minus.Magis nocẽt & minus prosunt nostra q̃ aliena.magis ꝓsunt & minus nocent aliena q̃ nostra.Ita nanque & perspicuus & ĩteger est sensus Nec ignoro in aliis exẽplaribus sic legi ut falsa præcipere Fabius coarguatur. Tamẽ nostra sæpe nobis nocent.pro nobis legẽdum est magis. Cum autem dicta factaque nostratia.Legendũm mihi uidet nostra. Crediti & depositi duæ quæstiones sed nunq̃ iunctæ.Hic sensus mihi emendatione indigere uidetur:eoque est obscurior ac minus uerus:cum nonnunq̃ iunctæ eẽ possint illæ duæ quæstiones.an datum sit.an redditũ. Sic autẽ corrigi potest ut sunt uerbum ac non negãdi aduerbium ascribatur.hoc modo.Crediti & depositi duæ sunt quæstiones sed non nunq̃ iũctæ. Pecunia cuius auctor extat.Non particula sensui est necessaria: ut legatur

deinde coniuncto:quorũ sunt sonus.clamor.gemitus. In sequẽti latitatio.metus.similia.His accedunt signa de quibus tractatum est . Verba etiam & facta: quæque antecesserunt:quæque ĩsecuta sũt.Hæc aut nostra sũt:aut aliena.Sed uerba magis nocẽt aut minus.magis prosũt nostra q̃ aliena.magis ꝓsũt & minus nocent aliena q̃ nostra.Facta autem interim magis prosunt nostra:interim aliena:ut siquid quod pro nobis sit aduersarius fecit.Semper uero magis nocent nostra q̃ aliena.Est & illa in uerbis differentia:quod aut aperta sũt aut dubia:seu nostra seu aliena sunt.Infirmiora in utrunque sint necesse dubia:tamen nostra sæpe nobis nocẽt:ut in illa controuersia.Interrogatus filius ubi eẽt pater:dixit ubicunque est uiuit.at ille in puteo mortuus est inuentus.Aliena quæ sunt dubia:nunq̃ possunt nocere:nisi aut incerto auctore aut mortuo . Nocte audita est uox caueto tyrannicidam.& interrogatus cuius ueneno moriretur:respondit . non expedit tibi scire.Nam si est qui possit interrogari:soluet ambiguitatẽ. Cũ autẽ dicta factaque nostratia defẽdi solo aio possint: aliena uarie refutantur.De uno quidem maxime genere coniecturalium controuersiarum locuti uidemur:& in omnes aliqd de his cadit.Nam depositi.furti.creditæ pecuniæ:& a facultatibus argumenta ueniũt.an fuerit quod deponeretur : & a personis.an illum deposuisse apud hunc:uel hunc credidisse credibile sit.an petitorem calumniari.an reum inficiatorem esse uel furem.Sed etiam in furti reo sicut ĩ cædis:quæritur de facto & de auctore.Crediti & depositi duæ quæstiones: sed nunq̃ iunctæ. an datum sit.an redditũ.Habent aliquid proprii adulterii causæ quod plerũque duorum discrimẽ est:& de utriusque uita dicendũ. q̃q̃ & id quærit an utrũque pariter defendi oporteat.Cuius rei cõsilium nascetur ex cã.Nam si adiuuabit ps altera: coniũgam:si nocebit sepabo.Ne quis aũt mihi putet temere excidisse : quod plerũque duorũ crimen esse adulterium:non semper dixeri . Põt accusari sola mulier incerti adulterii.Munera domi ĩuenta sũt. pecunia:cuius auctor nõ extat.condicilli dubiũ ad quẽ scripti. In falso quoque ratio similis.Aut enim plures in culpã uocantur: aut unus.& scriptor qdem semper tueri signatorem necesse habet.signator scriptorem nõ semper.Nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisse:& cui id factum dicitur : & scriptorẽ & signatores defendet.Iidem argumentorum loci in causis proditionis & affectatæ tyrannidis.Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere: quod omnia quæ in themate non sunt:pro nobis ducimus.Adulterium obiicis:quis testis? qs index? quod precium? quis conscius? Venenũ ubi emi? a quo? quando? quanti? per quem dedi? Pro reo tyrannidis affectatæ: ubi sũt arma? quos cõtraxi satellites? Neque hæc nego eẽ dicẽda & ipsis utẽdũ ꝑ pte suscepta.Nã & ĩ foro aliquãdo aduersarius

non extat. In falso quoq; similis ratio est. Hoc est. in crimine falsi: quo accusari solent qui aut istrumēta corrumpunt. aut iurati falso aliquid affirmāt uel negant. Quærendū tamen semper quid cuiq; cōnectat quid cuiq; cōsentiat. Sæpius iam dixi Quid cui cōgruat latine elegāterq; dici. Quare hic quoq; cui nō cuiq; legatur hoc modo. Quid cui connectatur.

Equit cōiecturā finitio. Definitionis quoq; diuisionē ita describit Fabius. ut si mendæ absint: pceptu s facillima uideat. Primū aūt ostēdit queadmodū cōiecturā sequit finitio. Deīde finitionis assignat definitionē. Tum diuisionē finitiuaꝝ causaꝝ subiūgit. Itaq; pluribus legibus idē quibus coniectura uersat defensionis tātum genere mutato. Sic quidē hactenus & a clarissimis pfessoribus lectū est: ueꝝ ut mihi uidet nō sine flagitiis: quibus totus cōfunditur sensus. Ea uero mihi diligenter intuenti sic tolli posse uidētur. ut pro pluribus plerunque: ac iisdem non idem legatur hoc modo. Itaq; plerūq; legibus iisdē: quibus coniectura uersat. Illud succurrit non est male tractare rēp. uerbis lædere. Sic quidē legitur: sed corrupte ut pleraq; alia. exemplis enim exponit Fabius quo pacto a qualitate ad finitionem descendatur. Superiusq; exposita repetit exēpla. Quare mihi tria hæc uerba uident ascribenda hoc dementē esse. ac ille ablatiuus nerbis ab aliquo īperitoꝝ adiectus obliniēdus. ut legat. Non est hoc dementem esse. male tractare rēp. lædere. Sic enim singula singulis superius positis respōdebūt. hoc est demētiæ. male tractationi. læsæ reip. Ex quo illud quoq; apparet illum uerbis ablatiuum ab aliquo indocto quidem sed temerario fuisse adiectū: qui remp. ad illud male tractare non ad lædere putauit referēdam. Sunt aūt themata declamatoria sane q̄uulgata. Dementiæ nanq; patres a filiis accusant. Male tractatiōis uiri ab uxoribus. læsæ reip. Imperatores a ciuibus. Finitio igit rei ppositæ ppria & dilucida & breuiter compressa breuis enūciatio. Est uerbū mihi uidet ascribēdū & pro cōpressa cōprehēsa legēdū. hoc mō. Finitio igit est. In pluribus causis In præpositio eradat: ut pter plures cās itelligat. Tū res est manifesta & quod noīe cōstat. hic est distīguēdū. Adeo uero corruptus est hic locus ut uix possit emendari: nō qn sensus ex sequētibus saltē nō pcipiat: sed qđ qbus uerbis sit explicādus nō liquet. Idē nāq; sensus pluribus modis exprimi pōt. ut hic Nā tū sic explicaret. Tū res est manifesta: sed quo noīe appellāda sit nō cōstat. tū sic. Sed de noīe nō cōstat. qđ qdē mihi magis pbat. Nā ī definitōe iterdū de noīe. iterdū de re quærit. Cū. n. constat de noīe: quæstio est de re: cū res est certa: quærit de noīe. est igit bimēbris hæc diuisio. Quare loco illius copulæ & legat sed. loco illius qđ reponat de præpō. ac nō negatiua pticula ascribat. hoc mō. Sed de noīe nō cōstat. De re dubiū. iteri cōiectura ē. Huic sēsui mihi aliqd deeē uidet: quo cōnecti possit. Neq;. n. sunt plures sensus. Sic autē coniūgi potest: si cum aduerbium in pricipio ascribatur hoc

probare non poterit: desiderabo. Sed in foro tātum illam facultatem olim desiderauimus: ubi non fere cā agitur: ut non aliquid ex his aut plura ponantur. Huic simile est quod i epilogis quidam: qbus uolūt liberos. nutrices. pētes accōmodāt: nisi ꝙ magis concesseris ea quæ non sint posita desiderare: q̄ dicere. De animo quo modo quæratur satis dictum est: cū ita diuiserimus. an uoluerit. an potuerit. an fecerit. Nā qua uia tractatur an uoluerit: eadē quo animo fecerit. Id enim est. an male facere uoluerit. Ordo quoq; rerum aut affert: aut detrahit fidem. multo scilicet magis res prout congruūt: aut repugnant. sed hæc nisi in ipso complexu causarum nō deprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cuiq; cōnectat: & quid cuiq; consentiat.

De finitione.

s Equitur coniecturam finitio. Nam qui non pōt dicere nihil fecisse: proximum habebit: ut dicat: nō id fecisse quod obiiciat. Itaq; pluribus legibus idē quibus cōiectura uersat: defēsiōis tātū genere mutato: ut i furtis depositis adulteriis. Nam quēadmodum dicimus. non feci furtum. non accepi depositum. non commisi adulterium: ita non est hoc furtum. non est hæc mutuatio. non est hoc adulterium. Interim a qualitate ad finitionem descenditur: ut in actionibus demētiæ. malæ tractationis. reipu. læsæ. In quibus si recte facta eē quæ obiiciuntur: dici non pōt: illud succurrit. non ē male tractare rēpu. uerbis lædere. Finitio igitur est rei propositæ propria: & dilucida: & breuiter compressa uerbis enunciatio. cōstat maxime: sicut est dictum: genere. specie. differentibus. ppriis: ut si finias equū (Noto enim maxime utar exemplo) Genus est animal. Species mortale. Differētia irrationabile. (Nam & homo mortale erat). Proprium hiniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus causis: Nam tum est certum de nomine. Sed quæritur quæ res ei subiicienda sit. Tum res est manifesta: & quod nomine constat. de re dubium est. Interī coniectura est: ut si quæratur quid sit deus: Nam q id neget deū esse spiritū omnibus partibus immixtū: nō hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationē: sicut Epicurus q

mō.Cū de re dubium eſt:interim coniectura eſt.Alterum nanq; membrum aſſignatæ diuiſionis exponitur.
Nomine uterq; uno utitur.Sed particula ut aſcribatur elegantiæ ratio expoſcit.Quotiens enim ita unum negatur:ut aliud affirmetur:ſed particula affirmationi ſolet apponi.ut non hoc dicit.falſum eſſe nomen:ſed nomine uterq; uno utitur. Vt quid ſit rhetoricæ uis perſuadendi ac benedicendi ſcientia.An loco ac copulæ legendum eſſe ne admonitione quidem dignū eſt. Quamq̄ haud diſſentire uix audeo a Cicerone.Haud negationem expungendam ac loco eius autem copulam reponendam facile ſenſus ipſæ declarat.Hoc uero in Topicis Cicero præcipit his uerbis.
Ad definitionē aūt pertinet ratio ac ſcientia diuidendi.Atq; huic generi finitimum eſt illud quod appellari de eodem & altero diximus:quod genus forma quædā eſt definitiōis ſi enim quærat̃ idemne pertinacia ac perſeuerantia: definitionibus id eſt indicandum. Semper neganti aliquod eſſe nomen dicēdum quid ſit potius tamē eandem tris habeo uelut ſpecies.Cum ſit initium parētheſeos hoc eſt interpoſiti ſenſus.n. coniūctio aſcribenda uidetur hoc modo.Sēper enim neganti aliquod eſſe nomen dicendū quid ſit potius Tamen eādem tris habeo uelut ſpecies.Hæc quidem oīo ut cōgrua defendi non poteſt:niſi In præpoſitio:ut in eandem legatur:aſcribatur. In omnibus huius generis litibus quæritur an etiam hoc.Recte in quibuſdam exemplaribus autē particula eſt aſcripta hoc modo.In omnibus autem huius generis litibus. Illo an proinde habenda ſit hæc atq; illa.In præpoſitio ſenſui neceſſaria mihi uidetur aſcribenda ac perīde legendum non proinde.hoc modo.In illo an perinde habēda ſit hæc atq; illa.Syllogiſmus autem latine collectio ratiocinatioq; uocat̃.
Eſt & talis diuiſionum diuerſitas ut quidam ſentiunt:num iiſdē uerbis comprendatur.Niſi corrigatur hic locus:quæ ſequunt̃ exempla:nequaq̄ ſenſui conuenire uidebūtur. Neque enim plures rhetoricæ definitiones iiſdem aſſignātur uerbis Quare aut diuerſis aut certe uariis ablatiuum ſentio aſcribendum:ac idem pro iiſdem legendum.Definitionum præterea loco diuiſionum ſenſus expoſcit:cum nō de diuiſione:ſed definitione tractet̃ hoc modo.Eſt & talis definitionum diuerſitas ut quidam ſentiūt num idem diuerſis uerbis compræhendatur.
Atque prouidendum:ut ſi ſenſu non pugnat:comprehēſione diſſentiunt.Pugnant ut ſit uumeri pluralis legendum eſſe ne admonēdum quidem eſt.Sed aliud quoq; hic mihi ſenſus deſiderare uidetur.An.n. particula loco ut & diſſentiāt recte

humanam ei formam locumq; inter mundos dedit: nomine uterq; uno utitur.utrū ſit in re coniectat.Interim qualitas tractatur:ut quid ſit rhetorice.Vis perſuadendi.an benedicēdi ſcientia :quod genus eſt in iudiciis frequētiſſimū.ſic enī quæritur.an deprehēſus in lupanari cū aliena uxore adulter ſit: quia nō de appellatiōe:ſed de ui facti eius ambigit̃.An oīno peccarit.Nā ſi peccauit nō pōt aliud eē q̄ adulter. Diuerſū ē genus cū controuerſia conſiſtit in nomīe:quod pendet e ſcripto:nec uerſatur in iudiciis:niſi ꝓpter uerba:quæ litem faciunt.An qui ſe interficit:homicida ē. An q tyrranū in mortē compulit:tyrrannicida.An carmina magorum ueneficium. Res enim manifeſta eſt.Scitur quoq; nō idem eſſe occidere ſe:quod alium.Non idem occidere tyrannum: quod compellere ad mortem.Non idem carmina ac mortiferam potionem.Quæritur tamē an eodem nomine appellāda ſint.q̄q̄ haud diſſētire uix audeo a Cicerone: qui permultos ſecutus auctores dicit:finitionē eſſe de eodem : & de altero. Semper neganti aliquod eſſe nomē:dicendū quid ſit potius. tamē in eādem tris habeo uelut ſpecies .Nam iteri conuenit ſic quærere.An habendum ſit adulterium in lupanari:cum hoc negamus non neceſſe eſt dicere quid id uocet̃: quia totum crimen inficiamur.Interim quæritur.an hoc furtum.an ſacrilegium:non quin ſufficiat non eſſe ſacrilegiū:ſed quia neceſſe ſit dicere:quid ſit aliud: quo in loco utrunq; finiendum eſt. Interim quæritur in rebus ſpecie diuerſis:an & hoc eodē modo ſit appellandum:cum res utraq; habeat ſuum nomen: ut amatorium.uenenū.In omnibus huius generis litibus quæritur.an etiam hoc:quia nomē de quo ambigitur utiq; ī alia re certū ē . Sacrilegium eſt rem ſacram de templo ſurripere: num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire.an & in lupanari? Tyrannicidium occidere tyrannum.an etiam in mortem compellere? Ideoq; συλλογισμοσ de quo poſtea dicam uelut infirmior eſt finitio:quia ī hac quæritur.an idem ſit huius rei nomen:quod alterius.Illo an perinde habenda ſit hæc atq; illa.Eſt & talis diuiſionum diuerſitas:ut quidam ſentiunt.Num iiſdem uerbis comprehendat̃ ut rhetorice benedicendi ſcientia:& eadem bene inueniēdi: & bene enunciandi & dicendi ſecundum uirtutem oratiōis: & dicendi quid ſit officii:atq; prouidendum ut ſi ſenſu nō pugnat comprehenſione diſſentiunt.Sed de his diſputatur . nō

legerentur hoc modo. Atq; prouidendum an si sensu non pugnant: cōprehensione dissentiant. Quid sit clarigatio. Clarigare est res raptas clara uoce repetere: ut ex his Plynii uerbis ubi de uerbena loquitur: aperte colligitur. Ac semper inquit ex legatis cum ad hostes clarigatumq; mitterentur .i. res raptas clare repetitum: unus utiq; uerbenarius uocabatur. Seruius autem in Vergilium copiosius hoc idem exponit super illo uersu Principio pugnæ. Hoc de Romana inquit tractum est solēnitate. Cum enim uolebant bellum indicere paterpatratus. hoc est princeps fecialium proficiscebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solennia clara uoce dicebat se bellum indicere propter certas causas: aut quia socios læserant: aut quia nec abrepta animalia nec captiuos reddiderant. Et hæc clarigatio dicebat a claritate uocis: post quam clarigationem hasta in eorū fines missa indicebat pugnæ principium. Erat ut interim notis nomine uerbis. Cur hic sensus perceptu est difficilis? Nēpe quia est corruptus. Emendatur autem si erit loco illius erat: ac & copula pro etiā loco ut reponatur. hoc modo. Erit & iterim notis nomine uerbis. Nā interdum opus est finitione etiam uerbis quo ad appellationē notis. quo ad significationem uero obscuris. qualia sunt quæ subiiciūtur. Nā & penus & littus cum nomine nota sint: non paruam tamen circa res ipsas habent differētiam. Vnde grāmaticus ille apud. A. gelliū in quarto ingenue profitetur se ignorare penoris definitionem: cum uerbū ipsum sibi non ignotum esse contēdat. Est autē penus quicquid in annuum reponitur uictū. Vnde penuarium penus repositorium dicit. ulpianus de penu legata. Q. Mutius scribit libro secundo iuriscitiulis penu legata contineri quæ esui potuiq; sunt. Littus uero est: ut ait Celsus de uerbo℞ significatione: quousq; maximus hybernus fluctus a mari puenit: Idq;. M. Tulliū cū arbiter eēt primū cōstituisse ait. Quæ

litigatur. Opus est aliquādo finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis. qd sit clarigatio. erat ut iterim notis noīe uerbis. Videbis quid sit penus. qd littus. quæ uarietas efficit: ut ea quidam coniecturæ. quidam qualitati. quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc: & ad morē dialecticorum formata conclusio: ut in disputationibus potius per argumenta uerborū cauilatrix: q̄ in oratoris officio multum allatura momēti. Licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum: qui responsurus est uel carcere: uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamē eius in causis subtilitas. Presuadendum enim iudici ē: qui etiam si uerbis deuictus est: tamen nisi ipsi rei accesserit tacitus dissentiet. Agenti uero quæ tanta est huius præcisæ comprehensionis necessitas? An si non dixero homo est animal. rationale. mortale: non potero expositis tot corporis animiq; ꝓprietatibus latius oratione ducta: uel a diis eum uel a mutis discernere? Quid? q; nec uno modo diffinitur res eadem: ut facit Cicero. Quid enim uulgo uniuersos latiore uarioq; tractatu? ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta seruitus. Est. n. certa seruitus ad certa se uerba astrigēdi: idq; faciēdū i libris Cicerōis de orator uetat. M. Antōius. Nā ē etiā piculosū: cū si uno i uerbo sit erratū: tota cā cecidisse uideamur. Optimaq; ē illa uia: q̄ utit Cicero ꝓ Cecinna: ut res

uarietas efficiat. Effecit ac eā ꝓ ea legēdū esse facile ex ipso percipit sensu. Licet. n. ualeat in sermone tantū: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus est uel carcere uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis subtilitas. Inuitus quidem facio: sæpius dicam: ut aliquid immutem. Sed ubi sensus laborat: acumenque ac elegantia Fabii periclitatur: ei quo quo modo succurrendū uidetur cum præsertim quidam ita inuertant ut & ipsi ridiculi sint: & Fabii dicta obscuriora fiant. Sic enim in quibusdam legitur exemplaribus. licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus sit uel crucem uel etiam uncum id quod sit contra cogat fateri: non eadem tamen est eius in causis utilitas. Quid. n. ad hunc sensū crux & uncus? Mihi certe & risum & stomachum mouent. In huius uero loci emendationem primum & copula est ascribenda & duo illa uerba Carcere & subtilitas etiā refragantibus exemplaribus: mihi uidentur immutanda non quidem indissimilia sed simillima uerba. Pro carcere nanque tacere infinitum: & utilitas non subtilitas a sensus integritate exiguntur. hoc modo. Et uel tacere uel etiam inuitum id quod sit contra cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis utilitas. Qui etiam si uerbis deuictus est. n littera ascripta deuinctus pulcherrime sensum custodit. Dialectica nanque acumina colligare ac deuincire disputantes uidentur. Quid? quod nec uno modo definitur res eadem: ut facit Cicero. Quid enim uulgo uniuersos latiore uarioque tractatu: ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Quid mihi hoc loco sit faciundum ignoro. Nam ut aliquis inde sensus eliciatur aut adiicienda quædam

aut saltem quatuor hæc uerba.Quid enim uulgo uniuersos.expungenda uidentur.Sed cum facilius sit quæ supuacua apparent expūgere q̄ quæ sint ascribenda diuinare:eadem quatuor uerba trāsuerso calamo allinanť atqꝫ se copula interim ascribatur ac tria illa uerba ut facit Cicero.post illum ablatiuum tractatu transcribanť dū emendatius aliquod exēplar inueniatur.hoc modo.Quid;quod non uno modo definitur res eadē sela/tiore uatioqꝫ tractatu ut facit Cicero.ut oēs oratores plerūqꝫ fecerūt. Etenim recuperatoris nō ea sola uis est Imperiti alicuius temeritate factū est:ut recuperarores in recuperatoris genitiuū imuteť:cū esse casum uocā/di ex orōne Ciceronis ꝓ.A.Cecina apte colligať.Sunt aūt recupatores iudices reꝝ:qbus iniuria qs priua/tus fuerat:recuperādaꝝ. Is ei ꝓfe cto mortē attulit.Hoc idē & iurisco̅sulti decernūt.Iulianus ad legē Aq/liā.Occidisse diciť uulgo quidē:qui mortis causā quolibet modo præ/buit.Sed lege Aqlia is demū teneri uisus est:qui adhibita ui & q̄si ma/nu cām mortis præbuisset tracta ui delicet iterp̄tatiōe uocis a cædendo uel a cæde.ulpianus ad legē Corne/liā de siccariis.Nihil iterest occidat qs an cām mortis præbeat. Et in hoc fere maior labor est ut finitio/nē cōfirmes:q̄ in rē finitionē appli/ces.ut pticula eleganter huic aduer bio q̄ subiicitur:cum non ad nomē sed ad uerbum referť.Quare hoc loco quoque & Fabii elegantia:ut particulam exposcit:& ita in qui/busdam legitur exemplaribus.q̄ ut in rem finitionem applices. An in foro prouidendum.ut loco an particulæ ut legatur:sensus exposcit hoc modo.At in foro. Quod au tem commune cum alio est:desi/net esse proprium.De parum plena definitione hoc dicitur:Nisi enim sit propria definitio rei definitæ pa rum plena est atque impefecta:ne que cum re definita cōuerti potest. id quod in primis exigitur in defi nitione. Accusator autem potest dicere falsam rei.Nisi non aduerbi um ascribatur:ratio quæ subiiciť: repugnare propositioni uidebitur Est enim sacrilegium sine contro/uersia surripere aliquid sacri.utrū autem sit sacrilegium de sacro res priuatas subripere Seuerus & An toninus Impatores:ut scribit Mar/tianus ad legem Iuliam peculatus missa ad Casium Festum epistola: declararunt.Res inquiunt priuato rum si in ædem sacram depositæ: subreptæ fuerint:furti actionem non sacrilegii esse decernimus.Pau lus quoque ad eadem Iuliam legē Sunt autem inquit sacrilegi:qui pu blica sacra compilarint.At qui pri uata sacra uel ædiculas incustoditas temptauerint:amplius q̄ fures:minus q̄ sacrilegi puniri merētur. Quare quod sacrum:quodue admissum in sacrilegii crimen cadat:diligenter considerandum uidetur.

proponatur.uerba non periclitentur.Etenim recuperatores non ea sola uis est:quæ ad corpus nostrū uitāqꝫ peruenit:sed etiam multo maior ea:quæ periculo mortis iniecto:formidi ne animum pterritū loco sæpe & cærto statu demouet.Aut cū finitionē præcedit ꝓbatio:ut in philippicis Cicero Serui/um Sulpitiū occisū ab Antonio colligit.& in clausula demū ita finit.Is ei profecto mortē attulit:q cā mortis fuit.Nō ne/gaueri tamen hæc quoqꝫ:ut expedit causæ:esse facienda.Et siquando firma cōprehendi poterit:& breui cōplexu uerbo/rum finitio eē:id tū elegās:tum etiam fortissimum:si mō erit illa inexpugnabilis.Eius certus ordo est qd sit.an hoc sit:& ī hoc fere labor maior est:ut finitionē cōfirmes:q̄ in rem fini/tionem applices.In eo qd sit duplex opus.Nā & ē nostra cō/firmanda & aduersæ ptis destruenda finitio.Ideoqꝫ in schola ubi nobis ipsis fingius cōtradictionē:duos pōere debemus fi nes:quales utrinqꝫ eē optimi poterūt.At in foro prouidēdū: nū forte superuacua:& nihil ad causā pertinēs.an ambigua. an contraria.an communis sit finitio:quoꝝ nihil accidere:ni si agentis culpa pōt.Vt recte autem finiamus:ita fiet si prius ī aīo cōstituerimus:quid uelimus efficere.Sic.n.accōmodari ad uolūtatē uerba poterūt.atqꝫ ut a notissimo exēplo:quo sit res lucidior:non recedamus.Qui priuatā pecuniā de tēplo surripit:sacrilegii reus est.culpa manifesta.Quæstio est an huic crimini nomen quod est ī lege cōueniat.Ergo ambigiť an hoc sacrilegium sit.Accusator quia de templo sit surrepta pecunia:utitur hoc nomine.Reus quia priuatā surripuerit: negat esse sacrilegiū:sed furtū fateť.Actor ergo ita finiet:Sa/crilegium ē surripere aliquid de sacro.Reus ita finiet:Sacri/legium est surripere aliquid sacri.Vterqꝫ alterius finitionem impugnat.Ea duobus generibus euertitur:si aut falsa est:aut parū plena.Nā illud tertiū nisi stultis non accidit:ut nihil ad questionem pertineat.Falsa est si dicas.Equus ē aīal rationa le:nam est equus aīal:sed irrationale.Quod aūt cōe cū alio ē desinet esse propriū.Hic reus falsā dicit eē finitionē accusa/toris.Accusator aūt pōt dicere falsā rei.Nā ē sacrilegiū surri/pere aliqd sacri.dicit parū plenam.Adiiciendum enim ait ex sacro.Maximus autē usus ī approbādo refellēdoqꝫ fine ꝓpri orū ac differētiū.nōnunq̄ etiā etymologiæ.Quæ tamē oīa

Quid enim est aliud tumultus. Ex octaua Ciceronis Philippica sumptū est etymologiæ exemplū. Quæ finitio etiam si distat aliquo. Ita quidem legitur: sed citra ullum sensum Fabio dignū. Quare duo uerba mihi uidentur corrigenda: ut pro illo distat constat: & pro aliquo legat̃ æquo. hoc modo. Quæ finitio etiam si constat æquo. Sic enim & perspicuus & iis quæ sequuntur: maxime conueniens erit sensus. Dicet enim aduersarius seruire eum seruitutem: aut eo iure quo seruum uideamus. Distinctio minus scite apposita totū perturbat hunc sensum. uideamus enim ad sequentis sensus initium est reiiciendum. hoc modo. uideamus ergo p/

sicut in cæteris confirmat æquitas: nonnunq̃ etiā coniectura mentis. Etymologia maxime rara est. Quid. n. est aliud tumultus nisi pturbatio tāta: ut maior timor oriat̃? Vnde etiā nomen ductum est tumultus. Circa ꝓpria ac differentia magna subtilitas: ut cū quærit̃. an addictus quē lex seruire donec soluerit iubet: seruus sit. Altera ps finit ita. Seruus est q ē iure ĩ seruitute. Altera: q in seruitute ē eo iure quo seruus: aut ut antiq dixerūt: q seruitutem seruit. Quæ finitio etiam si distat aliquo: nisi tamen propriis & differentibus adiuuet̃: inanis est. Dicet enim aduersarius seruire eū seruitutē: aut eo iure quo seruū: uideamus. Ergo propria differentiaq; liberoꝝ: quæ libro qnto leuiter ĩ trāsitu attigerā. Seruus cū manumittitur fit libertinus. addictus recepta libertate ē ingenuus. Seruus ĩuito domino nō cōsequet̃. ad seruū nulla lex ptinet. addictus legem habet. ꝓpria liberi: quæ nemo habet nisi liber: prænomen. nomen. cognomen. tribū. habet hæc addictus. Excusso qd sit prope peracta est quæstio: an hoc sit. Id enim agimus: ut sit causæ nostræ conueniens finitio potentissima. Est autem in ea q̃litas. an amor. an insania. Huc pertinebunt probationes quas Cicero dicit ꝓprias eē finitiōes ex antecedentibus. consequētibus. adiūctis. repugnantibus. causis. effectis. similibus: de quoꝝ argumentoꝝ natura dictū ē. Breuiter autem pro Cecina Cicero initia. cās. effecta. antecedētia. consequentia complexus est. Quid igit̃ fugiebant? Quid metuebant? uĩ uidelicet. Potestis igit̃ pĩcipia negare: cū extrema concedatis? Sed similitudine quoq; usus ē. Quæ uis ĩ bello appellat̃: ea in loco non appellabit̃. Sed ex cōtrario argumenta ducunt̃: ut si quærat̃. an amatorium uenenum sit: nec ne: quia uenenū amatorium non sit. Illud alterum genus quo sit manifestius adolescētibus meis (Meos enim semper adolescentes putabo) hic quoq; fictæ controuersiæ utar exēplo. Iuuenes q conuiuere solebant cōstituerunt: ut in littore cœnarent. Vnius q cœnæ defuerat nomē tumulo: quē extruxerant: inscripserūt. Pater eius a trāsmarina peregrinatione: cum ad littus idem appulisset: lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi causa mortis fuisse. Hic finitio est accusatoris. Per quē factū ē: ut qs perierit: causa mortis est. Rei ē. Qui fecit:

pria differentiaq; liberorum. Seruus inuito domino non consequetur. Et sensus libertatem ascribi poscit: & ita in quibusdam legitur exēplaribus. Seruus inuito domino libertatē non cōsequet̃. Sed mihi aliter sensus maxime necessarius ĩ oĩbus exēplaribus quæ quidē ego legerim: prætermissus: hic deesse uidetur. Cum. n. Fabius differētia iter addictum & seruum exponat: si seruus inuito domino non potest consequi libertatem: Addictus sane etiā inuito domino eam consequet̃ soluendo. Hoc autem uerbum consequetur repetitū in erroris causa fuisse uidetur. Ita nāq; a Fabio scriptū forsitan fuit. Seruus ĩuito domino libertatem non consequetur. Addictus soluendo citra uoluntatem domini consequetur. Propria liberi quæ nemo habet nisi liber. Propriorum nominum apud Romanos: ut cum alii tum Diomedes grāmaticus scribit: quatuor sunt species. prænomen. nomen. cognomen. & agnomen. Prænomen est quod nominibus gentiliciis præponirur ut est Marcus. Publius. Nomen ꝓpriū est gentilium id est quod gētem uel familiam declarat ut Portius. Cornelius. Cognomen est quod uniuscuiusq; proprium & nominibus gētiliciis subiungitur ut Cato Scipio. Agnomen est quod extrĩsecus adiici solet ex aliqua ratione: ut Africanus Numantinus. Sed pro agno. fere cognomen usurpat̃. ut Scipio cui Aphricanus fuit cognomen. Quæ uero nunc cognomina sunt: aucto re. Q. Scæuola ut scribit Iulius paris: olim prænomina fuerunt.

Excuso quid sit. Excusso duplicato. ss. scribendū est: ne uideatur esse uerbum: cum sit participium. Id enim agimus ut sit causæ nostræ cō ueniens finitio potentissima. Male adhibita distinctione hic quoq; cōfunditur sensus. Potentissima enim sequentis sensus est initiū hoc modo. Potentissima est autem in ea qualitas. Quas Cicero dicit proprias esse finitiones. Finitionis ut genitiuus sit legendum esse ne admonitione quidem dignum esse uidetur.

Quid igitur fugiebant? quid metuebant? Duo hic uerba ascribenda esse & ex oratione Ciceronis percipitur: & ita in quibusdam exemplaribus legitur. Quid igitur fugiebant? propter metum. Quæ uis

in bello appellatur ea in loco non appellabitur? Pro loco otio mihi legendum uidetur: atque ita Ciceronem scriptum reliquisse puto.

Remota finitione accusatoris: sat ē dicere. Accusatori littera .s. erasa legatur. Vt siquis profectionē suaserit: ut ad amicū accesserit trās mare. A uocali a scripta aut loco illius ut mihi legēdum uidetur. Nam & is qui suasit ꝓfectionem: & amicus ad quē quis trans mare accessit: causa mortis uideri possunt: cū tamen nequaq̄ sint. Tamē quia diffinitione non ambigitur. iudicatio est qualitas. Definitione diuisim legendum est: ut sint duæ partes.

Ad eius forte quidem uenimus mentionem. Loco eius legendū est cuius & quadam pro illo quidem hoc modo. Ad cuius forte quadam uenimus mentionem.

St aūt qualitas alia de summo genere: atque ea quidē nō simplex. Qualitatem Fabius ita uult summum esse genus: ut etiā quantitatem complectatur id quod exemplis quæ inferuntur aperte declaratur. Primum autem ostendit q̄ late pateat qualitas. Ita nanque tria causarum genera complectitur: ut deliberatiuæ demonstratiuæq; causæ hoc potissimum statu contineantur: magnaq; pars iudicialium in hoc uersetur. Deinde qualitatis ipsius diuisionem diligentissime ut omnia exponit. An humana specie deus. Epicurus hāc inuexit quæstionem. Deum enim humana facie formaq; præditum esse censuit: eique ut paulo ante uidimus: locum inter mundos assignauit. Quantus sol. Geometrica ratione colligūt astrologi solem multo q̄ terra esse maiorem. Et an unus mundus. Et copula ut redundans expungenda uidetur. Democritus autem physicus īfinitos esse mundos professus est. Partē hanc uocāt Hermagorei κατὰ διάνοιαν ad intellectum id nomen referentes. Qui κατὰ διάνοιαν putant scribendum: non recte intellectum accipiunt. Nam ītellectus nō solum pro parte illa animæ principali ponit̃: sed ꝓ significatiōe quoq; frequētissime accipit̃: ut hoc loco: Quare ii mihi maxime ꝓbant̃: qui κατ' ἀντίληψιν esse scribēdū sētiūt

quid sciens per quod perire homini necesse est. Remota finitione accusatori sat ē dicere. Causa mortis fuistis. Per uos enī actum est: ut hō periret: quia nisi uos illud fecissetis uiueret. Cōtra. nō statī per quē factum ē: ut quis periret: is dānari debet: ut accusator. testis. iudex rei capitalis. Nec undecūq; causa fluxit: ibi culpa est: ut siquis profectionem suaserit: ut ad amicum accesserit trans mare: & is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit: & is cruditate illic contracta decesserit. Nec fuerit in cā mortis solum adolescētiū factū: sed credulitas senis. in dolore ferundo infirmitas. deniq; si fortior fuisset: aut prudentior: uiueret. Nec mala mente fecerūt. & ille potuit uel ex loco tumulum: uel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Qui ergo puniri debent in q̄bus omnia sūt homicidæ præter manum? Est interim certa finitio de qua inter utrāq; partem conuenit: ut Cicero dicit. Maiestas est ī imperio atq; in omni po. r. dignitate. Quæritur tamē an maiestas minuta sit: ut in causa Cornelii quæsitū est: sed hic etiam similis uideri pōt finitiuæ: tamen quia definitione nō ambigitur: iudicatio est qualitas atq; ad eū potius statum reducēda Ad cuius forte q̄dē uenimus mētionē: sed & erat ordine proximus locus.

De qualitate.

St autem qualitas alia de sūmo genere: atq; ea q̄dem non simplex. Nā & qualis sit cuiusq; rei natura: & quæ forma quæritur. an immortalis anima. an humana specie deus: & de magnitudīe ac numero quātus sol: & an unus mundus: quæ omnia coniectura quidem colliguntur. quæstionē tamen habent in eo: qualia sint. Hæc & in suasoriis aliquando tractari solent: ut si Cæsar deliberet an britanniam impugnet: quæ sit oceani natura. an britannia insula. Nā tū ignorabatur. quanta in ea terra. quo numero militum aggredienda: in consilium ferendum sit. Eidem qualitati succedunt facienda ac non facienda. appetenda. uitanda: quæ in suasorias quidem maxime cadunt: sed in controuersiis quoque sūt frequentia: hac sola differentia: quia illic de futuris. hic de factis agitur. Item demonstratiuæ partis omnia sunt ī hoc statu factum esse constat. quale sit factū quæritur. Lis est omnis aut de præmio: aut de pœna: aut de quātitate. Igitur primum genus causæ aut simplex: aut comparatiuum. Illic quid æquū: hic quid æquius: aut quid æquissimū sit excutitur. Cum de pœna iudicium est: a parte eius qui causam dicit: aut defēsio est criminis: aut imminutio: aut excusatio: aut ut quidam putant deprecatio. Defensio longe potentissima est: qua ipsum factum: quod obiicitur: dicimus honestum esse. Abdicat̃ aliquis ꝙ īuito patre militarit. honores petierit. uxorē duxerit. tuemur q̄d fecimus. Partē hāc uocāt hermagorei κατ' ἀντίληψιν ad ītellectū id nomē referētes. latine ad uerbū trāslatā

Nam αντιληψισ ad uerbum latine exprimi non potest. Transferretur autem susceptio contra aliquem. Nã αντι cõtra siue pro significat. ληψισ susceptio dicitur. hoc enim statu id quod nobis obiicitur: ita suscipimus ut iustum ostendamus nullo extrinsecus assumpto remedio. Ideoque a latinis absoluta appellatur. Sola uero omnium statuum qualitas in uarias species separatur. Nam neque coniectura neque finitio species habẽt: sed modis quibusdam distinguuntur. Natura quod fit secundum eiusq; rei dignitatem. Cuiusque legendum esse patet. Adiiciunt & id quod sit peruersum. Quo modo peruersum iis quæ natura sunt iusta: adiici possit: uiderint ii qui nihil in istis exemplaribus peride atq; ipsorum auctorum manu scriptis: imutandum putant Ego uero ab instituto non recedẽs hunc quoq; sensum citra omnẽ dubitationẽ corruptũ: nõ sine diuturna cogitatione me emẽdasse credo Nõ enim peruersum: quis in oĩbus quæ quidem ego uiderim: exẽplaribus ita legat: Sed par uerum legẽdũ esse pculdubio affirmarim. Sed ita ut uerum sequẽtis sensus initiũ sit hoc modo. Adiiciant & id quod sit par. uerum id non temere intuendum est. Sic autem legendum esse & sequentia facile indicant: & ex secũdo Ciceronis rhetorico aperte colligit: ubi iuris partes itidẽ enumerant. Quædam autem inquit genera iuris iam certa cõsuetudine facta sunt. Quod genus pactum. par. iudicatũ. Pactũ est quod iter aliquos cõuenit: quod iam ita iustum putatur: ut iure præstari dicatur. Par quod in omni re æquabile est. temere aũt hoc loco fere significat. Id uocant κατάντιθεσιν. latine hoc quoq; non ad uerbũ transferunt. Latini legẽdum est. Ad uerbum autem transferretur secũdum oppositionẽ. Nam αντιθεσισ oppositio dicit. His enim quæ per se sunt improbabilia: alia extrĩsecus opponũtur: quibus probabilia effiiciuntur. αντεγκλημα dicitur. A quibusdam recriminatio cõmode transfertur. Ab aliis relatio criminis. a quibusdam translatio appellatur. Est & illa ex causis facti ducta defensio priori est cõtraria. Est uerbum iterato positũ eradatur ne sensum cõfundat. Eam uero græci αντιστασιν. latini comparationem uocãt. Sed ĩ aliqua utilitate aut reip. In præpositio est expũgenda ac loco eius aut nihil: aut certe ex præpositio ascribẽda uidet. hoc modo. Aut ex aliqua. Quod sub extraneo accusatore & legibus agente prodesse nunq̃ potest. Alii extrario legunt. Extrarius autem accusator qui sit multi quærunt. Eum ego extrarium accusatorẽ dici puto: qui non sit familiaris ac domesticus. Id quod aperte quæ inferuntur declarant. Filio si dementiæ causa erit. Hic sensus mihi uidet deprauatus. Nã ut statim subiicit Fabius: Parẽtes in scholis ĩterdũ a filiis demẽtiæ accusari fingebant. Quo igit mõ pater filio dicet sua ĩterfuisse dementẽ se fuisse? Qua ppter ego puto pri ascribendũ & p filio filius legendũ hoc mõ Filius pri si dementiæ causa erit. Et bona apud consules repentinum ratio est. Qui nõ uidet repetentium non repentinũ legendũ esse: utilius grãmaticæ q̃ rhetoricæ studeret. Hic rei uxoriæ cum quæritur utrius culpa diuortium factũ sit. Rei uxoriæ iudicium est: ut inquit Boetius in topica Ciceronis: quotiens post diuortiũ de dote contentio est.

nõ iuuenio. absoluta appellatur. Sed. n. de re sola quæstio. iusta sit ea nec ne. Iustum omne continetur natura uel constitutione: Natura qđ fit secũdum cuiusq; rei dignitatẽ. Hic sunt pietas. fides. continentia: & talia. Adiiciũt & id quod sit peruersum: id non temere intuẽdum ẽ. Nam & uis contra uim & talia nihil habẽt aduersum eum: qui prior fecit iniuste. & non quoniam res pares sũt: etiam id est iustum: quod antecessit. Illa utrinq; iusta. eadem lex. eadem conditio: ac forsitan nec sint quidẽ paria: quæ ulla parte sunt dissimilia. Constitutio ẽ in lege. more. iudicato. pacto. Alterũ est defensionis genus: ĩ quo factum per se improbabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur: id uocãt κατάντιθεσιν. latine hoc quoq; nõ ad uerbũ transferũt. Assumptiua enim dicitur causa. In quo genere fortissimũ est: si crimen causa facti tuemur: qualis ẽ defensio Horestis. oratio Milonis αντεγκλημα dicitur: qa oĩs nostra defẽsio constat eius accusatione: qui uindicat. occisus ẽ: sed latro. excæcatus: sed raptor. Est & illa ex causis facti ducta defẽsio priori contraria: in qua neq; factũ ipsum per se: ut in absoluta quæstione defẽditur: neq; ex contrario facto: sed in aliqua utilitate aut reipublicæ: aut hominũ multorũ: aut etiã ipsius aduersarii: nonnunq̃ & nostra: si modo id erit quod facere nostra causa fas sit: quod sub extraneo accusatore & legibus agẽte prodesse nunq̃ põt: in domesticis disceptatiõibus põt. Nã & filiis pater in iudicio abdicationis. & maritus uxori: si malæ tractationis accusabitur: filio si dementiæ causa erit: non ĩuerecunde dicet multum sua interfuisse: in quo tamẽ ĩcõmoda uitantis melior: q̃ cõmoda petẽtis ẽ causa: quibus similia etiã ĩ uera rerũ quæstione tractant. Nam quæ in scholis abdicatorum: hæc in foro exhæredatorũ a parẽtibus: & bona apud consules repetẽtinum ratio est. quæ illic malæ tractationis: hic rei uxoriæ: cũ quæritur utrius culpa diuortium factum sit. quæ illic dementiæ. hic petendi curatoris. subiacet utilitati etiam illa defensio: si peius aliquid futurũ fuit. Nã in comparatiõe malorum boni locũ obtinet

Vt si Marius fœdus Numãtinum sic defendat.Mancinus in causa fœderis numãtini non.Marius fuit.Recte igitur mancinus legat.Hæc autem historia notior est q̃ ut hoc loco sit enarranda.

Hoc μεταςάσιν dicunt.Hæc latine tum relatio criminis.tum trãslatio.tum remotio appellat. Vt siquis seruo fugitiuo stigmata scripserit.Stigmata dicũtur notæ:ac signa & characteres:quæ non solum seruis fugitiuis sed equis etiam inuruntur ut dignoscant. Eo quoque ingenuo iudicato neget scisse se liberum eum fecisse Non quoque sed que copulam exposcit sensus. Sicque in aliis legitur exemplaribus Eoque ingenuo iudicato neget scisse se liberum eum fecisse. Vt cum miles ad cõmeatus diem non affuit dicit se fluminibus ĩterclusum aut ualitudine.Dicat non dicit legendum est.Qui miles autem ad diem cõmeatus non ueniat:inquit Modestinus iurisconsultus:perinde in eum statuendum est:ac si emansisset uel deseruisset.

Nam & ποιοτητα & ποσοτητα dicunt.hoc est.& qualitatem & quantitatem uocant. Si exhæredatum a se filium pater testatus fuerit elogio.Elogium est testificatio de aliquo siue ignominiæ siue honoris causa. Ignominiæ ut hoc loco.Honoris ut.M.Tullius.Quid elogia sepulchrorum? Sed etiam in formulis cum pœnariæ sint actionis.Sunt & actiones mihi legendum uidetur hoc modo:cum pœnariæ sunt actiones.Formulæ autem sunt:quæ modo libelli modo querelæ a uulgo dicuntur.unde formularii harum conscriptores appellantur. An commissa sit pœna. Frequentissimus est apud iurisconsultos hic loquẽdi modus.Est autem cõmittere pœnam incidere in pœnam legibus statutã.

poſſit: quæ confirmare facultatem dicendi uolūt attingā paucos. Aſteriſco hic quoq; locus indigere uidetur: quo & ītelligi & emendari poſſit. Facile eſt autem ſtudioſis: qui ſunt iis ſimillimi iudicare. V uocali in. i. conuerſa ſint eſt legendū. Hic enim quēmadmodum ex oceano dicit ipſe amnium uim fontiumque curſus initiū capere: omnibus eloquētiæ partibus exemplum & ortum dedit. In Iliados uigeſimoprimo uolumine his uerſibus hoc ait Homerus.

τω ουτε κρειων αχελωιοσ ισοφαριζει.
ουδε βαθυρρειταο μεγα σθενεοσ ωκεανοιο.
εξου περ παντεσ ποταμοι και πασα θαλασσα.
και πασαι κρηναι και φρειατα μακρα ναουσιν.

Cæteraque quæ probandi ac refutandi ſunt ita multa. Illud quæ relatiuū aut redundare aut aliquid uerbi: quod nō ē aſcriptū: expoſcere uidet. ſed cū ſine eo ſenſus ſit īteger allinatur. Leuitaſq; uerborū & expoſitionis probabilis. u. littera in n mutata lenitas: & loco expoſitionis compoſitionis mihi legendum uidetur. Vt plane manifeſte apparet. A uocali aſcripta appareat quidem legēdum eſt. Sed alterum quoq; illorum aduerbiorum: mihi uidet̄ expūgēdū. Paneſium ex utroq;

Facile eſt aūt ſtudioſis q ſint iis ſimillimi iudicare. nec qſq̄ queratur omiſſos forte aliquos: quos ipſe ualde ꝓbet. Fateor enī plures legēdos eſſe: q̄ q nominabuntur: Sed nunc genera ipſa lectionū quæ præcipue cōuenire intendētibus: ut oratores fiant exiſtimem: perſequar. Igit̄ ut Aratus ab Ioue incipiendū putat. nos ita rite cœpturi ab Homero uidemur. Hic enī quēadmodū ex oceano dicit ipſe amniū uim fontiūq; curſus initium capere: omnibus eloquentiæ partibus exemplū & ortū dedit. Nunc nemo in magnis rebus ſublimitate. in paruis proprietate ſuperauit. idem lætus ac depreſſus. iucūdus & grauis. tum copia: tum breuitate mirabilis. nec poetica modo: ſed oratoria uirtute eminentiſſimus. Nanq; ut de laudibus. exhortationibus. cōſolationibuſq; taceam: nonne uel nonus liber: quo miſſa ad Achillem legatio continetur: uel in primo inter duces illa contentio: uel dictæ in ſecundo ſententiæ omnes litium ac conſiliorum explicant artes? Affectus quidem uel illos mites: uel hos concitatos: nemo erit tam indoctus: qui non in ſua poteſtate hunc auctorē habuiſſe fateatur. Age uero nonne utriuſq; operis ingreſſus in pauciſſimis uerſibus legē prohœmiorum nō dico ſeruauit ſed conſtituit? Nam & beniuolum auditorem inuocatione dearum: quas præſidere uatibus creditum eſt: & intentum propoſita rerū magnitudine. & docilem ſumma celeriter cōprehenſa facit. Narrare uero quis breuius: q̄ qui mortem nunciat Patrocli? quis ſignificantius poteſt q̄ qui Curetum ætolorumq; prœlium exponit? Iam ſimilitudines. amplificationes. exempla. digreſſus. ſigna rerum: & argumenta: cæteraq; quæ ꝓbandi ac refutandi ſunt ita multa. ut etiam qui de artibus ſcripſerunt: plurima earum rerum teſtimonia ab hoc poeta petant. Nam & epilogus qdē quis unq̄ poterit illis rogātis Achillē Priami precibus æquari? Quid? in uerbis. ſententiis. figuris. diſpoſitione totius operis: nōne humani ingenii modum exceſſit? ut magni ſit uiri uirtutes eius: non æmulatione: quod fieri non poteſt: ſed intellectu ſequi? Verū hic omnes ſine dubio & ī omni genere eloquentiæ procul a ſe reliquit. Heroicos tamen præcipue uidelicet quia clariſſima in materia ſimilis comparatio eſt. Raro aſſurgit Heſiodus: magnaq; pars eius in nominibus eſt occupata: tamen utiles circa præcepta ſententiæ: leuitaſq; uerborū: & expoſitionis probabilis. Datur ei palma in illo mediocri genere dicendi. Contra in ātimacho uis & grauitas & minime uulgare eloquendi genus habet laudem. Sed q̄uis ei ſecundas fere grammaticorum conſenſus deferat: & affectibus: & iucunditate: & diſpoſitione: & omnino arte deficitur: ut plane manifeſte appareat quāto ſit aliud proximum eſſe. aliud ſecundum. Panyſim ex utroq; mixtum putāt in eloquendo neutrius æquare uirtutes. alterum tamen ab eo materia: alterū diſponēdi ratione ſuperari. Apollonius in ordinē a grāmaticis datū nō uenit: qa Ariſtarchus atq; Ariſtophanes poetarū iudices neminē ſui tēporis ī numerū redegerūt. nō tamē contemnēdū edidit opus: æquali quadā mediocritate Arati. materia motu caret: ut ī qua nulla uarietas. nullus affectus. nulla perſona cuiuſq̄ ſit oratio: ſufficit tamen operi: cui ſe parem credidit uel æqualem. Admirabilis in ſuo genere Theocritus: ſed muſa illa ruſtica & paſtoralis non forum modo: uerum ipſam etiam urbem reformidat. Audire uideor undique congerentes nomina plurimorum

poetarũ: quid Herculis acta nõ bene Pisandros? quid Nicãdrũ frustra secuti Macer atq; Vergilius? Quid? Euphorionẽ frustra trãsibimus: quẽ nisi ꝓbasset Vergilius idẽ: nũq̃ certe cõditorũ calcidico uersu carminũ fecisset ĩ bucolicis mẽtionẽ? Quid? Horatius frustra Dircæum Homero subiungit. Nec sane quisq̃ est tã procul a cognitiõe eoꝝ remotus: ut nõ indicem certe ex bibliotheca sumptũ transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos trãseo: nec utiq; dãno: ut q dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid: sed ad illos iam perfectis constitutisq; uiribus reuertemur: quod et in cœnis grandibus sæpe facimus: ut cum optimis satiati simus: uarietas tamen nobis ex uilioribus grata sit. Tũc & elegiam uacabit in manus sumere: cuius princeps habetur Callimachus. secundas confessione plurimorum Philetas occupauit. Sed dum assequimur illam firmam: ut dixi: facilitatem: optimis assuescendum ẽ: & multo magis quia multorum lectione formanda mens: & ducendus color. Itaq; ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborũ ad exitũ maxime pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc uis elocutionis. cum ualidæ. tum breues uibrantesq; sententiæ. plurimũ sanguinis atq; neruorum: adeo ut uideatur quibusdam: q̄ quidem minor est: materiæ esse: non ingenii uitium. Nouem uero lyricorum lõge Pindarus princeps spiritus magnificẽtia. sententiis. figuris. beatissima rerum ueborumq; copia: & uelut quodam eloquentiæ flumine: propter quod Horatius eum merito credidit nemini imitabilem. Stesicorus q̃ sit ingenio ualidus: materiæ quoq; ostendunt maxima bella: & clarissimos canente duces: & epici carminis onera lyra sustinente. Reddit enĩ personis ĩ agendo simul loquendoq; debitam dignitatẽ: ac si tenuisset modum uidetur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redũdat atq; effunditur: quod ut est reprehendendum: ita copiæ uitium est. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur: quia tyrannos insectatus: multum etiam moribus confert. in eloquendo quoq; breuis & magnificus & diligens: Homero similis: sed in lusus & in amores descẽdit: maioribus tamen aptior. Simonides tenuis: alioquin sermone proprio: & iucũditate quadam commendari potest: præcipue tamen eius in cõmouenda miseratione uirtus: ut quidam in hac eum parte omnibus eiusdẽ operis auctoribus præferãt. Antiqua illa Comœdia cũ sincæram illam sermonis attici gratiã prope sola retinet: tũ fœcũdissimæ libertatis: & si est in ĩsectandis uitiis præcipua: plurium tamen uirium etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis & elegãs: & uenusta: & nescio an ulla post Homerum tamen: quem ut Achillem semp excipi par ẽ: aut similior sit oratoribus: aut ad oratores faciẽdos aptior. Plures eius auctores. Aristophanes tamẽ: & Eupolis: Cratinusq; præcipui. Tragœdias primus in lucẽ Aeschylus ꝓtulit: sublimis & grauis & grãdiloquus sæpe usq; ad uitiũ: sed rudis ĩ plerisq; & incõpositus: propter qd correctas eius fabulas in certamẽ deferre posterioribus poetis atheniẽses permisere. Suntq; eo modo multi coronati. Sed lõge clarius illustrauerũt hoc opus Sophocles atq; Euripides: quorum ĩ dispari dicendi uia uter sit poeta melior: inter plurimos quærit. Idq; ego sane: quo-

mixtum putant. Panysis quidem poeta fuit Epicus ex quo cõstat Panysin nõ Panesium esse legendum.

Arati materia motu caret: ut in q̃ nulla uarietas. nullus affectus. nulla persona cuiusquã sit oratio. υποδιαςολησ nota hoc ẽ subdiuisiõis opus ẽ hoc loco: ut cui & usquã duæ esse dictiões cognoscant. Aratũ aũt Cicero primũ deĩde germanicus Cæsar trãstulit. Sufficit tamen operi cui se parem credidit uel æqualẽ. Hæc duo ultima uerba de margine in cõtextũ mihi uident eẽ trãslata: eoq; expungẽda.

Quid Horatius frustra Dircæũ Homero subiungit? Horatius quidem in arte poetica huius poetæ meminit. sed ibi quoque corrupte legitur Dircæus cum Tyrteus uocetur: ut plenius alibi diximus.

Quod est in cœnis grãdibus sæpe facimus. s. littera erasa & legitur: q̃ copula etiam significat. Secundas confessione plurimorum philetas occupauit. Philætas cum æ diphthongo scribitur. Itaq; ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad exitũ maxime ꝑtinebit unus archilochus. Quo modo Archilochus ad exitum pertineat: mihi non liquet recte autem ad hæc ĩ quibusdam exemplaribus legi uidetur. Therpsicorus q̃ sit ingenio ualidus materiæ quoq; ostendunt: maxima bella & clarissimos canentem duces & epici carminis onera lyra sustinente. Stesichorus scribitur non therpsicorus. M. uero littera expuncta canente legendum: ut cum lyra couеniat. Epicum autem carmẽ heroicum dicitur.

nia ad præsentem materiam nihil pertinet. iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur necesse est: iis qui se ad agendum comparant: utiliorem longe Euripidē fore. Namq; is sermone quo ipsum reprehendūt: quibus grauitas & cothurnus & sonus Sopho clis uidet' esse sublimior: magis accedit oratorio generi & sentētiis densus: & in iis quæ a sapiētibus tradita sunt: pene ipsis par: & in dicendo atq; respondendo cuilibet eorum: qui fuerunt in foro diserti: comparādus. In affectibus uero cum omnibus mirus: tū in iis quæ miseratione constant facile præcipuus & admirandus maxime est: ut sæpe testatur: & eum secutus: q̄q̄ in opere diuerso Menander: qui uel unus meo quidem iudicio diligenter lectus ad cūcta quæ præcipimus efficienda: sufficiat. Ita omnem uitæ imaginem expressit: tanta in eo inueniendi copia & eloquendi facultas. Ita est omnibus rebus. personis. affectibus accommodatus. Nec nihil profecto uiderunt qui orationes: quæ Carisii nomine edūntur: a Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere suo uidetur: nisi forte aut alia mala iudicia: quæ epithrepōtes epicleros lectos habēt: aut meditatiōes ī Sophocle & nomothethæ hypolioli neo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturū esse declamatoribus puto: quoniā iis necesse est secundum conditionem controuersiarū plures subire psonas patrum. filiorum. maritorum. militum. rusticorum. diuitum. pauperum. irascentium. deprecātium. mitium. asperorū. In quibus omnibus mire custoditur ab hoc poeta decor. Atq; ille qdem omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit nomen: & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. habent tamē alii quoq; comici: si cū uenia legantur: quædam quæ possis decerpere. & præcipue Philemō: q q̄uis praue sui tēporis iudiciis Menādro sæpe prælatus ē: ita cōsensu tamen omniū meruit credi esse secundus. Historiam multi scripsere præclare. Sed nemo dubitat longe duos cæteris præferendos: quorū diuersa uirtus laudē pene ē parē cōsecuta. Dēsus & breuis & semp īstās sibi Thucydides. Dulcis & cādidus & effusus Herodotus. ille cōcitatus. hic remissis affectibus melior. ille cōciōibus: hic sermonibus. ille ui. hic uolūtate. Theopompus iis proximus: ut ī historia prædictis minor: ita oratori magis similis: ut qui anteq̄ est ad hoc opus sollicitatus: diu fuerit orator. Philistus quoq; meretur: qui turbæ: q̄uis bonorum post hos auctorū existimatur: imitator Thucydidis: & ut multo infirmior: ita aliquatenus lucidior. Ephorus: ut Isocrati uisum: calcaribus eget. Clytarchi probatur ingenium. fides infamatur. longo post īteruallo temporis natus Timagenes: uel hoc ipso probabilis: q; intermissā historias scribendi industriā noua laude reparauit. Xenophon nō excidit mihi sed īter philosophos reddēdus est. Sequit' oratorum ingens manus: ut cū decem simul athenis ætas una tulerit: quorū lōge princeps Demosthenes: ac pene lex orandi fuit. tanta uis in eo. tā densa omnia. ita quibusdā neruis intēta sunt. tam nihil ociosum. is dicendi modus: ut necquid desit in eo:

Epos enī uersus ē hexameter. Plures enī auctores. Pro ea particula enim recte ī quibusdam exemplaribus legit' eius. Magis accedit oratori generi. o uocali ascripta oratorio legendū est. Et in dicēdo atq; respōdendo ciuiliter eorum q fuerūt in foro disertis cōparādus. Emēdate in qbusdā legit' cuilibet p illo ciuiliter. & diserti p disertis. Et pcipue philemō: q q̄uis praue sui tpis iudiciis menandro sæpe platus ē. ita consensu tamē oīum meruit credi esse secūdus. Corrupte qdē mihi sic legi uidet'. Emendari uero potest si prauis nō praue & sit legat': non est: ac illud aduerbiū ita expungat' hoc modo. Qui quáuis prauis sui tēporis iudiciis Menandro sæpe prælatus sit: consensu tamen omniū meruit credi esse secundus. Nisi forte aut alia mala iudicia quæ epithrephōtes. epicleros lectos: habēt aut meditationes in sophocle & nomotethæ hypolioli neo nō oībus oratoris numeris sūt absolutæ. Emēdationē qdem desiderat hic locus: q̄ facile adhiberetur: si Menandri comœdiæ extarent. Hypobolimæo qdē sine cōtrouersia legendū ē. nā ut in prīo quoq; diximus υποβολιμαιοσ subditicius latīe dicit'. est aūt comœdiæ nomē hoc loco. Philistus quoq; meret': q turbæ q̄uis bonorum post hos auctorum existimat': imitator Thucydidis & ut multo īfirmior: ita aliquatenus lucidior. Grādi flagitio inqnatur hic sensus: qđ qdē facile tollit': si sti syllaba erasa eximat' legamus. hoc mō. Philistus quoq; meret' q turbæ quáuis bonorum post hos auctorum eximat'. Nec ignoro a qbusdā ita deprauari ut qd tubæ legat'. qđ q̄ sensui cōueniat uiderit ipsi. De philisto aūt sic & Cicero ī secundo de oratore libro scribit. Hunc cōsecutus est Syracusius Philistus: qui cum Dionysii tyránni familiarissimus esset: otiū suum consumpsit scribēdo: maximeq; Thucydidem est: sicut mihi uidetur: imitatu. Tamē nihil otiosum. En syllaba

nec quid redūdet iuenias. Plenior Aeschines: & magis fusus: & grādiori similis: quo minus strictus. carnis tamē plus habet. minus lacertorum. Dulcis in primis & acutus Hyperides est: sed minoribus causis: ut non dixerim utilior: magis par. his ætate Lysias maior: subtilis atq; elegās: & quo nihil si oratori satis sit dicere quæras pfectius. Nihil eni est inane. nihil arcessitū. puro tamē fonti: q̄ magno flumini ꝓpior. Isocrates in diuerso genere dicēdi nitidus & cōptus: & palæstræ q̄ pugnæ magis accōmodatus: omēs dicēdi ueneres sectatus ē. nec imerito. Auditoriis enim se nō iudiciis cōpararat. inuentio facilis. honesti studiosus. in cōpositione adeo diligens: ut cura eius repræhēdatur. Neq; ego in his: de quibus sum locutus: has solas uirtutes: sed has præcipuas puto: nec cæteros parum fuisse magnos. quin etiā Phalereū illum Demetrium: (q̄q̄ is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenii habuisse: & facūdiæ fateor: uel ob hoc memoria dignū: q; ultimus est fere ex atticis qui dici possit orator: quem tamē in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero. Philosophorū: ex quibus plurimū se traxisse eloquentiæ. M. Tullius cōfitet: quis dubitet Platonē esse præcipuum? siue acumie disserēdi: siue eloquendi facultate diuina quadā & homerica? multū eni supra prosam orationē: & quā pedestrē græci uocāt: surgit: ut mihi nō hominis ingenio: sed quodā delphico uideatur oraculo īstinctus Quid ego commemorem Xenophōtis illam iucūditatē inaffectatā? sed quam nulla affectatio consequi possit? ut ipse sermonē græcis finxisse uideatur. Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est: ī hūc transferri iustissime possit: ī labris eius sedisse quandam persuadēdi deā. Quid reliquorū Socraticorum elegātiam? qd Aristotelē? quē dubito scientia rerum. an scriptorum copia. an eloquendi suauitate. an inuentionum acumine. an uarietate operum clariorem putem? Nam ī Theophrasto tam est eloquēdi nitor ille diuinus: ut ex eo quoq; nomē traxisse dicatur. Minus īdulsere eloquētiæ stoici ueteres: sed cū honesta suaserunt: tum in eligendo probandoq; quod instituerant: plurimum ualuerunt: rebus tamē acuti magis q̄ id quod sane nō affectant oratiōe magnifici: Quid romanorum? Idē nobis p romanos quoq; auctores ordo ducēdus est. Itaq; ut apud illos Homerus: sic apud nos Vergilius auspicatissimū dederit exordiū: omniū generis eius poetarū græcorum nostrorūq; haud dubie proximus. Vtar enim uerbis iisdē: quæ ab Afro Domitio iuuenis excepi: qui mihi iterroganti: quem Homero crederet maxime accedere. Secūdus inquit est Vergilius: propior tamē primo q̄ tertio. Et hercle ut illi naturæ cælesti atq; immortali cesserimus: ita curæ & diligentiæ: uel ideo in hoc plus est: quod ei fuit magis laborandū: & quanto plus eminētioribus uincimur fortasse æqualitate pensamus. Cæteri omnes lōge sequentur. Nā Macer & Lucretius legendi qdē: sed nō ut phrasim. i. ut corpus eloquētiæ faciāt. elegātes ī sua quisq; materia: sed alter humilis. alter difficilis. Atacinus Varro ī his per quæ nomē est assecutus: interpres operis alieni: non spernendus quidem. Verū ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennium sicut sacros uetustate lucos adoremus: in quibus grādia & antiqua robora iam non

expuncta tam est legendū. hoc modo. tam nihil ociosum. Is dicēdi modus ut nequid desit ī eo. c. littera ascripta nec legēdum esse aperte cuiq; patet. hoc modo. Vt nec qd desit. Oēs dicēdi ueneres sectatus ē. nec imerito. auditoriis enī se non iudiciis comparat. Ra syllaba ascripta cōparat mihi legendum uidetur: atq; ē uerbum expungendum. Veneres autem dicit: quas græci χαριτασ uocant. Sic Plynius libro trigesimoquinto. Quorum opera cū admiraretur collatis omnibus deesse his unam illam, uenerem dicebat: quā græci χαριν uocant. Quin etiā phalereum illum Demetriū. & infra. multum īgenii habuisse & facundæ fateor: uel ab hoc memoria dignum. i uocali ascripta facundiæ legatur: & a uocali in o conuersa ob scribatur. hoc modo. Multū ingenii habuisse & facundiæ fateor uel ob hoc memoria dignum. Quid Aristotelē? quem dubito scientia rerum. an scriptorum copia. an eloquendi usu suauitate. Vsu ablatiuus ut redundans mihi uidetur expūgēdus. Quid romanorum? Duo hæc uerba ut supflua mihi uidentur expungenda. & sane in quibusdam exemplaribus non sunt ascripta.

Omnium eius generis poetarum græcorum nostrorūq; haud dubie proximus: illi datiuus mihi uel refragantibus exemplaribus ascribendus uidetur. hoc modo. illi haud dubie proximus. Et quanto plus eminentioribus uincimus: fortasse æqualitate pensamus. Deprauatus quidem hic mihi sensus uidetur. nec qua ratione corrigi possit uideo. uincimur qdem ē legēdum.

Sed alia quoq; mihi emendatione uidetur indigere. Vergilius auté se Homero æqualé his uersibus ꝓfitetur. Mæonium quisquis romanus nescit homerũ. Me legat & lectum credat utrũq; sibi. Illius immensos miratur græcia campos. At minor est noster: sed bene cultus ager. Hic tibi nec pastor nec curuus deerit arator. Hæc graiis constant singula: terna mihi.

Propiores alii ad hanc atq; de qua loquimur magis utiles. Atq; coniunctio transposita in locum suum uidetur reponenda. hoc modo. Propiores alii atq; ad hanc de qua loq̃mur. Et ut dicã quod sétio magis oratoribus q̃ poetis numerandus. corrupte imitandus in quibusdam legit̃ exemplaribus pro illo numerandus. Quia germanicum augustũ. Hic transtulit Aratũ q nũc extat: cũ Ciceronis trãslatio nõ habeatur. Qui tamé iis ipsis eius operibus. Quid littera. d. ascripta legédum est. Quá qui sic egerit. e uocali de principio ablata gerit a qbusdá recte legitur. Nũc eni cæterarum fulgore uirtutũ laus ipsa ꝑstringitur. ista pro ipsa mihi legendum uidetur. Elegia quoq; græcos ꝓuocamus. Illa copula quoq; de secundo loco in tertiũ mihi transferenda uidetur. ut hoc modo legatur. Elegia græcos quoq; ꝓuocamus. Multũ é tersior ac purus magis Horatius: & nisi labor eius amore ꝓcipuus. Nisi corrigat̃ hic locus ꝓcipi nõ potest. Sic auté emédari posse uidet̃; ut multo legat̃: & q̃tuor ille dictiões expungant̃: nisi labor eius amore: ac earũ loco hæ q̃tuor reponant̃. Ad notádos hominũ mores. Sic. n. in qbusdá legit̃ exéplaribus. Et ad notádos hoíum mores ꝓcipuus. Alteꝝ illud ét prius satyræ genus; sed nõ sola carminum uarietate mixtũ cõdidit Terétius Varro. Mendæ ex hoc sensu facile tollent̃: si loco illius copulæ ét. est uerbũ: ac & copula ascribat̃: ac loco illius sed. particulæ q̃d relatiuũ legat̃. hoc mõ. Alteꝝ illd̃ é & prius satyræ genus: q̃d nõ sola carminũ uarietate mixtũ cõdidit Terentius Varro. Hoc aũt satyræ genus mediũ é iter tragœdiá atq; comœdiá; de quo in arte poetica Horatius sic scribit. Carmíe q tragico uilé certauit ob hircũ. Mox ét agrestes satyros nudauit & asper Incolumi grauitate iocũ temptauit: eo q̃d Illecebris erat & grata nouitate morãdus. Spectator functusq; sacris & potus & exlex. Satyræ aũt Varronis Menippeæ dictæ sunt a Menippo quodã seruo: cuius libros Varro ipe í illis scribédis dicit̃ fuisse imitatus. Quáq̃ ille epodos íteruenire nõ repiatur. Immo repiatur apd̃ Horat. um. Quid ergo? dicemusne Fabiũ hoc nõ aíaduertisse? an hũc quoq; locũ tépoꝝ íselicitate fuisse deprauatũ? Nisi forte illi legamus ut

tantam habẽt speciem: quantã religionem. Propiores alii atq; ad hanc: de qua loquimur magis utiles. Lasciuus quidem in heroicis q̃q̃ Ouidius: & nimium amator ingenii sui: laudandus tamen parcius. Cornelius aũte seuerus etiam si uersificator q̃ poeta melior: si tamẽ ut est dictum: ad exemplar primi libri bellum siculũ perscripsisset: uendicaret sibi iure secũdũ locum. Sed eum consũmari mors immatura nõ passa est: puerilia tamẽ eius opera & maximam indolem ostendũt: & admirabilem præcipue in ætate illa recti generis uolũtaté. Multum in Valerio Flacco nuper amisimus. Vehemens & poeticum ingenium Saleii Bassi fuit: nec ipsum senectute maturũ. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione: si uacet. Lucanus ardens & concitatus & sententiis clarissimus: & ut dicam q̃d sentio: magis oratoribus q̃ poetis numerandus. Hos nominauimus: quia Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum: parumq; diis uisum est esse eum maximum poetarum. Quid tamen iis ipsis eius operibus: in quæ donatus imperio iuuenis successerat sublimius? doctius? omnibus deniq; numeris præstantius? Quis enim caneret bella melius: q̃ qui sic egerit? quem præsidétes studiis deæ propius audiret? cui magis suas artes aperiret familiare numen Mineruæ? Dicẽt hæc plenius futura sæcula. Nũc enim cæterarũ fulgore uirtutũ laus ipsa præstringit̃. Nos tamen sacra litterarũ colentes feras Cæsar: si nõ tacitum hoc præterimus. Et uergiliano certe uersu testamur. Inter uictrices hederã tibi serpere lauros. Elegia quoq; græcos ꝓuocamus: cuius mihi tersus atq; elegans maxime uidet̃ auctor Tibullus. Sunt q Propertiũ malint. Ouidius utroq; lasciuior: sicut durior Gallus. Satyra quidẽ tota nostra est: í qua primus insignẽ laudẽ adeptus est Lucilius: qui quosdã ita deditos sibi habet amatores: ut eum nõ eiusdẽ mõ operis auctoribus: sed omnibus poetis præferre non dubitent̃. Ego q̃tum ab illis: tantũ ab Horatio dissentio: qui Luciliũ fluere lutulenter: & esse aliq̃d quod tollere possis putat. Nã eruditio í eo mira: & libertas atq; íde acerbitas: & abunde salis. Multum est tersior ac purus magis Horatius: & nisi labor eius amore præcipiuus. Multũ & ueræ gloriæ: quãuis uno libro Persius meruit. Sunt clari hodie quoq;: & qui olim nominabuntur. Alterum illud etiam prius satyræ genus: sed non sola carminum uarietate mixtum condidit Terentius Varro uir romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros & doctissimos composuit peritissimus linguæ latinæ: & omnis antiquitatis & rerũ græcaꝝ nostrarũq;: plus tamẽ scientiæ collaturus q̃ eloquentiæ. Iambus non sane a romanis celebratus est: ut proprium opus a quibusdam

īterpoſitus:cuius acerbitas ī Catullo.Bibaculo.Horatio:q̄q̄ ille epodos īteruenire nō reperiat̃.At lyricorū idē Horatius fere ſolus legi dignus. Nam & inſurgit aliquando:& plenus ē iucunditatis & gratiæ:& uariis uerbis & figuris feliciſſime audax.Si quē adiicere uelis:is Ceſius Baſſus quem nuper uidimus:ſed eū lōge præcedūt īgenia uiuētiū. Tragœdiæ ſcriptores Actius atq; Pacuuius clariſſimi grauitate ſētētiaꝝ uerboꝝq; pondere & auctoritate perſonarum. Cæterum nitor & ſumma ī excolēdis operibus manus magis uideri poteſt temporibus q̄ ipſis defuiſſe. Viriū tamē Actio plus tribuit̃.Pacuuium uideri doctiorem:qui eē docti affectāt:uolūt.Iam Varii Thyeſtes cuilibet græcorū coōparari pōt Ouidii Medea uidet̃ mihi oſtendere:quantum uir ille præſtare potuerit:ſi ingenio ſuo temperare q̄ īdulgere maluiſſet. Eorū: quos uiderim: longe princeps Pomponius ſecundus:quē ſenes parum tragicum putabant.eruditione ac nitore præſtare cōfitebantur.In comœdia maxime claudicamus:licet Varro muſas æpiſtolonis ſentētia:plautino dicat̃ ſermone locuturas fuiſſe:ſi latine loqui uellent.licet Cæciliū ueteres laudibus ferāt.licet Terētii ſcripta ad Scipionē africanū referātur. Q uæ tamē ſunt ī hoc genere elegātiſſima:& plus adhuc habitura gratiæ:ſi ītra uerſus trimetros ſtetiſſent.uix leuē conſequimur umbrā: adeo ut mihi ſermo ipſe romanus non recipere uideatur illam ſolis cōceſſam atticis uenerem.cum eam ne græci quidem ī alio genere linguæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius: utinamq; nō inquinaſſet argumēta pueroꝝ fœdis amoribus mores ſuos faſſus. At hiſtoria nō ceſſerit græcis:nec opponere Thucydidi Saluſtium uerear:nec indignetur ſibi Herodotus æquari.T.Liuiū:cū ī narrādo miræ iucūditatis clariſſimiq; cādoris:tū ī concionibus ſupra quā enarrari poteſt eloquentē.Itaq; dicūtur omnia cum rebus:tū perſonis accommodata:ſed affectus quidē præcipue eos qui ſunt dulciores:ut parciſſime dicam:nemo hiſtoricorū cōmendauit magis. Ideoq; immortalē illā Saluſtii uelocitatem diuerſis uirtutibus cōſecutus eſt.Nam mihi egregie dixiſſe uidetur Seruilius Nouianus: pares eos magis q̄ ſimiles:qui & ipſe a nobis auditus eſt clarus īgenio: & ſententiis crebrior:ſed minus preſſus q̄ hiſtoriæ auctoritas poſtulat: quā paulum ætate præcedens eū Baſſus Aufidius egregie utiq; ī libris belli Germanici præſtitit:genere ipſo probabilis ī omnibus:ſed ī qbuſdā uiribus minor. Supereſt adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriā uir ſæculorum memoria dignus:qui olim nominabitur.nunc intelligitur. Habet amatores:nec imitatores:ut libertas:q̄q̄ circūciſis quæ dixiſſet:ei nocuerit.Sed elatū abūde ſpiritū & audaces ſentētias deprehēdas ēt in iis quæ manēt. Sūt & alii ſcriptores boni: ſed nos genera deguſtamus. bibliothecas excutimus.Oratores uero uel præcipue latinā eloquētiā parē nō facere grææ poſſunt.Nā Ciceronē cuicūq; eorū fortiter oppoſuerim.nec ignoro quantā mihi cōcitē pugnā:cū præſertim id nō ſit ꝓpoſiti:ut eū Demoſtheni comparem hoc tēpore.Neq; enim attinet:cū Demoſthenem ī primis legendum:uel ediſcendum potius putē:quoꝝ ego uirtutes pleraſq; arbitror ſimiles.conſiliū.ordinē.uidendi. præparandi.probandi rationē.Omnia deniq; quæ inuētionis. In eloquendo

intelligamus apud catullum epodon non interuenire. Epodos autem dicitur απο του επαδεθαι hoc eſt ab accinēdo: quod particulæ quædā uerſuū integris uerſibus επαδονται hoc eſt accinuntur. Vt.Nox erat:& toto fulgebat luna ſereno īter minora ſidera. Et uariis uerbis & figuris ferociſſime audax. Feliciſſime in quibuſdam exemplaribus mihi recte legi uidetur. Iam uarii Thyeſtes. Hanc tragœdiam a Caſſio Parmenſi compoſitam ſibi uarius ab Auguſto athenas ad ſumendū de eo ſupplicium miſſus: quod ꝓ Antonio ſenſerat:cōbuſtis aliis operibus uendicaſſe putatur.

Quem ſenes pindarum tragicum putabant.Pindarum eſſe expungendum: ac parum reponendum & ex ſenſu & ex quibuſdam colligitur exemplaribus.

In comœdia maxīe iudicamus.Emēdate in quibuſdā exēplaribus claudicamus legitur. At nō hiſtoria ceſſerit græcis.Non aduerbiū ī tertiū locū mihi uidetur trāſferēdū.hoc mō.at hiſtoria nō ceſſerit.

Nec indignet̃ ſibi Herodotus æq̄ri.T.Liuiū. Ille datiuus ſibi in quarto loco melius quadrare uidet̃ hoc mō.Nec īdignet̃ Herodotus ſibi æq̄ri. Itaq; dicūtur oīa. Quæ particula eradatur.ut ita legat̃.eſt enī acclamatio q̄dā. Ideoq; īmortalē illā Saluſtius uelocitatē. Nō Saluſtius: ſed Saluſtii ut legat̃ ſenſus expoſcit. Supeſt adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriā uir ſæculoꝝ memoria dignus.Cor.Tacitū ſignificare uidet̃. Sed nos genera deguſtamus.bibliothecas excutimus. Nō ꝑticula negatiua eſt aſcribenda ut legatur Non bibliothecas excutimus. Oratores uero uel ꝑcipue latinam eloquentiam parem non facere græce poſſunt.

est aliqua diuersitas. densior ille. hic copiosior. ille cōcludit astrictius. hic latius pugnat. ille acumine semper. hic frequenter & pōdere. illi nihil detrahi potest. huic nihil adiici. curæ plus in illo. in hoc naturæ. Salibus certe & cōmiseratione: q duo plurimū affectus ualent: uicimus & fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit. Sed & nobis illa quæ attici mirant̄: diuersa latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidem: q̄q̄ sint utriusq; nulla contentio est. Cædendum uero in hoc: q & ille prior fuit: & ex magna parte Ciceronem: quantus est fecit. Nā mihi uidet̄. M. Tullius cum se totū ad imitationē græcorū contulisset: effinxisse uim Demosthenis. copiam Platonis. iucūditatem Isocratis. nec uero quod in quoq; optimum fuit studio consecutus est tantū: sed uel plurimas ac potius omnes ex se ipso uirtutes extulit: īmortalis īgenii beatissima ubertas. Nō enim pluuias: ut ait Pīdarus: aquas colligit: sed uiuo gurgite exūdat. dono quodā prouidētiæ genitus: in quo totas uirtutes suas experiret̄ eloquētia. Nā quis docere diligētius? mouere uehemētius pōt? cui tāta unq̄ iucūditas affuit? ipsa illa quæ extorquet: īpetrare eū credas: & cū trāsuersū ui sua iudicē feriat: tamē ille nō rapi uideat̄ sed seq. Jā oībus quæ dicit tāta auctoritas īest: ut dissētire pudeat: nec aduocati studiū: sed testis aut iudicis afferat fidē. Cū interī hæc omnia quæ uix singula q̄sq̄ ītētissima cura cōseq posset: fluūt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu ē orō: præ se fert tamē felicissimā facilitatē. Quare nō īmerito ab hominibus ætatis suæ regnare ī iudiciis dictus est. apud posteros uero id est cōsecutus: ut Cicero iā nō hominis nomē: sed eloquentiæ habeat̄. Hūc igitur spectemus. hoc ꝓpositū nobis sit exēplū. ille se ꝓfecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Multa in Asinio Pollione inuentio. sūma diligentia: adeo: ut quibusdā etiā nimia uideatur: & cōsilii & animi satis. a nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abest: ut uideri possit secundo prior. At Mesalla nitidus & cādidus: & quodammodo præ se ferens ī dicendo nobilitatē suā. uiribus minor. C. uero Cæsar si tantum foro uacasset: nō alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur. tanta in eo uis est. id acumē. ea concitatio: ut illum eodem animo dixisse: quo bellauit appareat. exornat tamē hæc omnia mira sermonis: cuius proprie studiosus fuit: elegantia. Multum ingenii in Cælio: & præcipue in accusando. multa urbanitas: dignusq; uir: cui & mens melior: & uita longior contigisset. Inueni qui Caluum præferrent omnibus. inueni qui cōtra crederent eū nimia cōtra se calumnia uerū sanguinem perdidisse. Sed est & sancta & breuis oratio: & castigata. & frequenter uehemens quoq;. imitator autē est atticorum: fecitq; illi ꝓperata mors īiuriā: si qd adiecturus: non si qd detracturus fuit. Insignis & Seruius Sulpitius īsignē nō īmerito famā tribus orōnibus meruit. Multa sicū iudicio legat̄: dabit imitatiōe digna Cassius Seuerus: qui: si cæteris uirtutibus colorē & grauitatē orationis adiecisset: ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum est in eo: & acerbitas mira: & urbanitas eius sūma. sed plus stomacho q̄ consilio dedit. Præterea ut amari sales: ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt autē alii multi diserti: quos persequi longum ē. Eorū quos

Quod supiori sensui decrat: hic redūdat illud nō aduerbium negandi. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit. Athenis ut ī scđo Fabius ait mo uere affectus uetabat̄ orator. Sed uel plurimas potius omnes ex seipo uirtutes extulit. Ac copula ē ascribēda: ut legatur. Ac potius omnes. In quo totas uirtutes suas experiretur eloquentia. Vires q̄ uirtutes sensui magis uidetur conuenire. Et cū trāsuersum ui sua iudicem feriat. Sic qdem legitur. Sed i. uocali expuncta ferat sensus exposcere uidetur. Multa in asinio pollione inuenio. T. littera ascripta īuentio legatur. Anitore & iucunditate Ciceronis ita lōge abest: ut possit uideri secundo prior. Cur sibi ipsi aduersari uidetur hic sensus? An quia deprauatus? Neq;. n. fieri pōt: ut qui lōge absit anitore & iucūditate Cicerōis: sit prior secūdo. Qua igitur ratiōe corrigitur hic locus? An pro secundo: forsitan sæculo ē legendū? Qui enim sæculo ante Ciceronem floruerunt non multum nitori ornatuiq; īdulserunt. Inueni q ciceronē crederent eum nimia contra se calūnia uerū sanguinem perdidisse. In quibusdā exēplaribus emendate sic scribitur: ut ciceronē accusatiuus in cōtra aduerbiū cōuertat̄: ac loco illius ꝓpositionis contra. in. præpositio reponatur. hoc modo. Inueni qui cōtra crederēt eum nimia ī se calumnia uerū sanguinē perdidisse. Plynius autem iunior inquit: Adriano scribens: caluum fuisse Demosthenē latinum. Sed est & sancta & breuis oratio. breuis quidē legit̄. sed grauis sensui maxime cōuenire uidetur. Insignis & Ser. Sulpitius insignē īmerito famā tribus orōnibus meruit. Insignis nomīatiuus

mihi uidetur eradẽdus. In eius uero locũ insignẽ accusatiuus referẽdus. ac nõ negãdi aduerbiũ ascribendũ: ne quẽ uult laudare: uideat̃ sugillare: ut hoc mõ legamus. Insignẽ & Ser. Sulpitius nõ imerito famã tribus orõnibus meruit. Præterea & amari sales ita ut frequẽter amaritudo ipsa ridicula ẽ. Ea pticula ut in locũ & copulæ ẽ trãsferenda. hoc mõ. Præterea ut amari sales: ita frequẽter amaritudo ipsa ridicula ẽ. Et sæpius ad curam reẓ ab elocutione resipisceret. I uocali ac altera. s. abiecta respiceret legendũ ẽ. Habebũt q post nos de oratoribus scribẽt: magnã i eos q nũc uigent materiã laudãda. In ppositio ut supuacua ẽ eradenda & a uocali i i cõuersa laudãdi ẽ legẽdũ. Plautus i stoicis reẓ cognitioni utilis. In epicuris leuis quidem: sed non iniucundus tamen ductorem. Castigate i qbusdã exẽplaribus legit̃ Plancus. u. uocali i. n. & t. i. c. cõuersa: & loco illius accusatiui ductorẽ: auctor ẽ Catius. hoc mõ. Plancus i stoicis reẓ cognitioni utilis. In epicuris leuis qdẽ: sed nõ iniucundus tamẽ auctor est Catius. Ex idustria Senecã i oĩ genere eloquẽtiæ distuli. Versatũ aut simile uerbũ sensus itegritas mihi exposcere uidet̃: uti legat̃. In oĩ gener̃ eloquẽtiæ uersatũ. Seneca uero in oĩ genere studiorũ uersatus ẽ eloquẽtiæ philosophiæ. poetices. Sed eũ magis Fabius sugillat q̃ cõmẽdet. Cũ autẽ fere solus hic i manibus adolescentũ fuit. Nisi. c. lra in. t. cõuersa tũ legat̃ ubi claudat̃ hic sensus nõ inuenieť. Cũ diuersi sibi conscius generis placer̃ se i dicẽdo posse i qbus illi placerẽt diffideret. Sic qdẽ corrupte legit̃: id quod mihi hoc mõ emendandum uidetur: ut loco in præpositionis iis ablatiuus reponatur.

uiderim Domitius afer: & Iulius africanus longe præstantissimi uerborũ arte ille: & toto genere dicendi præferendus: & quem in numero ueterum habere non timeas. hic concitatior: sed in cura uerborum nimius: & compositione nonnunq̃ longior & translationibus parum modicus. Erant clara & nuper ingenia. Nã & Trachallus plerunq; sublimis: & satis apertus fuit: & quẽ uelle optima crederes: auditus tamẽ maior. Nam uocis quãtã in nullo cognoui felicitas: & pronunciatio uel scænis suffectura & decora. Omnia deniq; ei quæ sunt extra superfuerũt. Et Vibius Crispus cõpositus & iucundus: & delectationi natus. priuatis tamẽ causis: q̃ publicis melior Iulio secundo si longior contigisset ætas: clarissimũ profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atq; adiiciebat cæteris uirtutibus suis quod desiderari potest. Id est autem: ut esset multo magis pugnax: & sæpius ad curam rerum ab elocutione respiceret. Cæterũ interceptus quoq; magnum sibi uendicat locum. Ea est facundia. tanta in explicando: qđ uelit gratia. tam candidum & lene & speciosum dicendi genus. tanta uerborum etiam: quæ assumpta sunt: proprietas. tanta etiam i quibusdam ex periculo petitis significantia. Habebunt: q post nos de oratoribus scribẽt: magnam eos qui nunc uigent materiam uere laudãdi. Sunt enim summa hodie: quibus illustratur forum: ingenia. Nãq; & consũmati iam patroni ueteribus æmulantur: & eos iuuenũ ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria. Supersunt qui de philosophia scripserint. quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litteræ romanæ tulerunt. Idem igitur. M. Tullius: qui ut ubiq; etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius uero multoq; q̃ in orationibus præstantior Brutus: suffecit põderi rerum. Scias eum sentire quæ dicit. Scripsit non parum multa Cornelius Celsus sextios secutus non sine cultu ac nitore. Plautus in stoicis rerum cognitiõi utilis. in epicuris leuis quidem: sed non iniucundus tamen auctor est Catius. Ex industria Senecam in omni genere eloquentiæ distuli ꝓpter uulgatam falso de me opinionem: quia dãnare eum & inuisum quoq; habere sum creditus. Quod accidit mihi dum corruptum & omnibus uitiis fractum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contendo. Tũ autẽ fere solus hic in manibus adolescẽtium fuit: quẽ nõ equidem omnino conabar excutere: sed potioribus præferri non sinebam: quos ille non destiterat incessere: cũ diuersi sibi conscius generis placere se in dicẽdo posse: in quibus illi placerent: diffideret. Amabant autẽ eum magis q̃ imitabantur: tantũq; ab illo defluebant: quantum ille ab antiquis descẽderat. Foret enim optandum pares ac saltem proximos illi uiro fieri. Sed placebat propter sola uitia: & ad ea se quisq; dirigebat effingenda quæ poterat. Deinde cũ se iactaret eodem modo dicere Senecã infamabat: cuius & multæ alioquin & magnæ uirtutes fuerunt. Ingeniũ facile & copiosum. plurimum studii: & multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis quibus inquirenda quædam mandabat: deceptus est. Tractauit etiam omnem fere studiorũ materiam. Nã & orationes eius & poemata & epistolæ & dialogi efferuntur: & in philosophia parum diligens. Egregius tamen uitiorum isectator fuit: multæ i eo claræq; sententiæ: multa etiam morum gratia legenda: sed

in eloquendo corrupta pleraq;:atq; eo perniciosissima:q abūdant dulcibus uitiis. Velles eū suo īgenio dixisse.alieno iudicio.Nā si nil æqualiū cōtēpsisset.si parū cōcupisset.si nō oīa sua amasset. si reꝝ pōdera minutissimis sētētiis nō fregisset:cōsēsu potius eruditorū:q pueroꝝ amore cōprobaret. Veꝝ sic quoq; iam robustis & seueriore genere satis firmatis legēdus: uel ideo q, exercere pōt utrūq; iudiciū.Multa.n.ut dixi ꝓbāda i eo.multa ēt admirāda sunt. Eligere mō curæ sit: qd utinā ipse fecisset.Digna enī fuit illa natura quæ meliora uellet:Q uæ qd uoluit effecit.

DE Imitatione.



X his cæterisq; lectiōe dignis auctoribus: & uerboꝝ sumēda copia: & uarietas figuraꝝ: & cōponēdi rō: tum ad exēplū uirtutū oīum mēs dirigēda. Neq;.n. dubitari potest:qn artis pars magna cōtineat imitatiōe. Nā ut iuenire primū fuit:estq; præcipuū:sic ea quæ bene iuēta sūt utile seq.Atq; oīs uitæ ratio sic cōstat:ut quæ ꝓbamus i aliis:facere ipsi uelimus.Sic litterarū ductus:ut scribēdi fiat usus:pueri sequūt. sic musici uocē docētiū.pictores opera prioꝝ.rustici ꝓbatā expimēto culturā i exēplū tuēt. Omnis deniq; disciplinæ initia ad ꝓpositū sibi præscriptū formari uidemus. & hercle necesse ē:aut similes aut dissimiles bonis simus.Similē raro natura præstat.frequēter imitatio. Sed hoc ipsū qd tāto faciliorē nobis rationem reꝝ oīum facit: q fuit iis:q nihil qd sequerētur habuerūt:nisi caute & cū iudicio apprehēdit:nocet.Ante oīa igit imitatio p se ipsa nō sufficit:uel qa pigri ē ingenii cōtētū cē iis: quæ sunt ab aliis iuēta.Q uid.n.futuꝝ erat tēporibus illis: quæ sine exēplo fuerunt:si hoīes nihil nisi qd iā cognouissent faciēdū sibi:aut cogitādū putassēt:Nēpe nihil fuisset iuētū.cur ergo nefas ē repiri aliqd a nobis: qd āte nō fuerit:An illi rudes sola mētis natura ducti sunt i hoc ut tam multa generarent:Nos ad quærēdū nō eo ipso cōcitemur: qd certe scimus iuenisse eos q quæsierit: Et cū illi q nullū cuiusq rei habuerūt magistrū:plurima i posteros tradiderit:nobis usus illaꝝ reꝝ ad erudiēdas alias nō proderit.Sed nihil habebimus nisi beneficii alieni: quēadmodū qdā pictores i id solū studēt:ut describere tabulas mēsuris ac lineis sciāt.Turpe etiā illud ē esse cōtētū id cōseq qd imiteris.Nā rursus quid erat futurū:si nemo plus effecisset:eo quod sequebat.Nihil i poetis supra Liuiū Andronycū. nihil i historiis supra pontificū ānales haberemus.ratibus adhuc nauigaremus. nō esset pictura: nisi quæ lineas mō extremas umbræ:quā corpora in sole fecissent circūscriberent.At si oīa pcenseas:nulla sit ars qualis inuēta ē:nec intra initiū stetit:nisi forte nr̄a potissimū tēpora dānamus huius īfelicitatis:ut nūc demū nihil crescat. Nihil.n.crescit sola imitatiōe. Q uod si prioribus adiicere fas non est: quomō sperare possimus ullū oratorē pfectū: cū in iis quos maximos adhuc nouimus: nemo sit inuentus: i quo nihil aut desideretur: aut reprehēdat: sed ēt q summā nō appetēt:cōtēdere potius q seq debēt.Nā q agit ut prior sit forsitā ēt si nō transierit: æquabit. Eū uero nemo pōt æquare: cuius uestigiis sibi utiq; īsistēdū putat. Necesse est. n. semp sit posterior:q sequit.Adde qd plerūq; facilius ē plus facere:q idē. Tantā enī difficultatē habet similitudo: ut ne ipsa qdē natura i hoc ita ualue

Et in philosophia parū diligens.si particula ascribēda uidetur:ut etsi legat. aut certe & copula eradenda. Multa ēt morū gratia legēdo. Pro legendo recte qdā scribunt legenda.

Digna enim fuit illa natura q meliora uellet qd uoluit efficit. Emēdate in quibusdam exēplaribus: Quæ relatiuum est ascriptū & effecit:ut præteriti sit tēporis legēdum ē. hoc modo. Quæ quod uoluit effecit.



X his cæterisq; lectione dignis. Hinc facile appet imitationē arti subiici:eosq; falli q imitationē ab arte tanq partē diuersam separandā putant aiuntq; ut in rhetoricis ad Hereniū:eloquētiā tribus cōstare arte.imitatiōe exercitatiōe.Cōstat nāq; tribus eloquētia natura arte.exercitatione.Imitationē uero arti esse subiiciendā pluribus colligit Quintilianus.

Nobis usus aliaꝝ rerū ad erudiendas alias nō pderit: Licet fere in exēplaribus erudiendas legatur: ego tamen di syllaba erasa eruendas legēdum esse audacter contenderim.ac loco aliarum reponendum esse illarū. hoc modo.Nobis usus illarum rerum ad eruendas alias non proderit. Si nemo plus effecisset eo quæ sequebatur. A uocali erasa ac.m.littera ascripta quem legendū est.

Nō esset pictura nisi quæ lineas mō extremas umbræ:quam corpora in sole fecisset:circūscriberent.Fecissent pluraliter: ac circūscriberet singulariter manifeste legēdū est. Quod fit ut minus sanguinis ac uirium declamationes habeant q orōnes. D. littera expuncta quo legatur.

rit:ut nõ res q̃ simillimæ uideãt: utiq; discrimĩe aliquo discernãt. Adde q; qcqd alteri simile ẽ: necesse ẽ minus sit eo qđ imitat: ut ũbra corpore:& imago facie:& actus histrionum ueris affectibus: qđ ĩ orationibus quoq; euenit. Nãq; iis quæ ĩ exẽplũ assumimus: subest natura: & uera uis. Cõtra oĩs imitatio ficta ẽ:& ad alienum ꝓpositũ accõmodat. quo fit:ut minus sanguinis ac uirũ declamatiões habeãt:q̃ orones:q; ĩ illis uera.ĩ his assimulata materia ẽ. Adde q; ea quæ ĩ orone maxima sũt: imitabilia nõ sũt:ĩgeniũ: ĩuẽtionis facilitas:& qcqd arte nõ tradit. Ideo q; pleriq; cũ uerba quædã ex oronibus excerpserũt: aut aliquos cõpositionis certos pedes: mire a se quæ elegerũt: effingi arbitrant: cũ uerba ĩtercidãt.& ĩualescãt tẽporibus:ut quoꝝ certissima sit regula ĩ cõsuetudine:eaq; nõ sua natura sit bona aut mala (Nã p se soni tãtũ sũt) sed ꝓut opportune ꝓprieq; aut secus collocata sũt:& cõpositio cũ rebus accõmodata:tũ ipsa uarietate gratissima. Quapropter exactissimo iudicio circa hãc partẽ studioꝝ examinãda sũt oĩa. Primũ quos imitamur. Nã sũt plurimi:q similitudinẽ pessimi cuiusq; & corruptissimi cõcupierũt. Deĩde ĩ ipsis quos elegerimus qd sit:ad qđ nos efficiẽdum cõparemus. Nã ĩ magnis quoq; auctoribus ĩcidũt aliqua uitiosa: & a doctis ĩter ipsos etiã mutuo reprehẽsa:atq; utinã tã bona imitãtes dicerẽt melius:q̃ mala peius dicãt. Nec uero saltẽ iis qbus ad euitãda uitia iudicii satis fuit:sufficiat imaginẽ uirtutis effingere: & solã:ut sic dixerim:cutẽ uel potius illas Epicuri figuras:quas e summis corporibus dicit effluere. Hoc aũt iis accidit:q nõ ĩtrospectis penitus uirtutibus ad primum se uelut aspectũ oronis aptarunt: & cũ iis felicissime cessit imitatio:q uerbis atq; numeris sũt nõ multũ differentes. ui dicẽdi atq; ĩuẽtiõis nõ assequũt:sed plerũq; declĩnãt ĩ peius & ꝓxĩa uirtutibus uitia cõprehẽdũt: fiũtq; ꝓ grãdibus tumidi. pressis exiles. fortibus temerarii. lætis corrupti. cõpositis exultãtes. simplicibus negligẽtes. Itaq; q horride atq; ĩcõposite qdlibet illud frigidũ & ĩane extulerint: antiqs se pares credũt. q carẽt cultu atq; sentẽtiis atticis. s. q præcisis cõclusionibus obscuri Salustiũ atq; Thucydidẽ superãt. tristes & ieiuni Pollionẽ æmulant. ociosi & supini:si qd mõ lõgius circũduxerĩt:iurãt ita Ciceronẽ loquutuꝝ fuisse. Nouerã quosdã q se pulchre expressisse genus illud huius cælestis ĩ dicẽdo uiri sibi uiderent: si ĩ clausula posuissent eẽ uideatur. Ergo primũ est: ut qđ imitaturus ẽ qsq; ĩtelligat. Et quare bonũ sit sciat: tũ ĩ suscipiẽdo onere cõsulat suas uires. Nã quædã sũt imitabilia:qbus aut ĩfirmitas naturæ nõ sufficiat:aut diuersitas repugnet. Nec cui tenue ingeniũ erit:sola uelit fortia & abrupta. cui forte qdẽ:sed ĩdomitũ:amore subtilitatis & ui suã pdat:& elegantiã quã cupit:nõ psequat. Nihil ẽ.n. tã ĩdecẽs:q̃ cũ mollia durescũt. atq; ego illi præceptori quẽ ĩstituerã ĩ libro secũdo credidi:nõ ea sola docẽda esse: ad quæ quẽq; discipuloꝝ natura cõpositũ uideret. Nã & is adiuuare debet quæ ĩ quoq; eorũ ĩuenit bona:& quãtũ fieri põt adiicere:quæ desũt:& emẽdare quædã & mutare. Rector.n. ẽ alioꝝ ĩgenioꝝ atq; formator. difficilius ẽ naturam suã fingere. Sed ne ille qdẽ doctor: q̃q oĩa quæ recta sũt uelit esse ĩ suis auditoribus q̃plenissima: ĩ eo tamẽ cui naturã obstare uiderit:laborabit.

Et cum uerba intercident inualescant temporibus. Deprauatus hic locus facile sic emendari potest:ut & copula de principio in quartũ locum trãsferatur: atq; e uocali in a conuersa intercidant legatur. hoc modo. cum uerba intercidant & inualescant temporibus. est autem paraphrasis sensus illius Horatiani. Multa renascentur quæ iam cecidere:cadentq; Quæ nunc sunt in honore uocabula si uolet usus: Quem penes arbitrium uis est & norma loquendi. Deinde in ipsis quos elegerimus quid sit quod nos efficiendum comparemus. Ad præpositio ut ascribatur & sensus & loquendi ratio exposcit ut legatur. Ad quod efficiendum.

Vel potius illas Epicuri figuras:quas e summis corporibus dicit effluere: Quæ nam sint hæ epicuri figuræ Aulus Gellius libro quinto declarat his uerbis. Epicurus effluere ex omnibus corporibus simulacra quædam corporum ipsorum eaq; sese in oculos inferre atque ita sensum fieri. uidendi putat. Et cum his felicissime cessit imitatio uerbis atq; numeris sunt nõ multum differentes. Nisi hoc relatiuum qui ascribatur sensus integritas minus habebitur. Quare illo ascripto hoc modo legatur. Et cum his felicissime cesserit imitatio: qui uerbis atq; numeris sunt non multum differentes.

Si ĩ clausula posuissent esse uideatur. Hac clausula cum alibi tum pro lege Manilia Cicero frequenter utitur. Atque ego illi præceptori quem instituerant in libro secundo credidi. Rectius in quibusdam exemplaribus legitur tradidi.

Nec comœdia in cothurnos assurgit. ex Horatii arte poetica sumptus est hic sensus scribētis. Versibus expōi tragicis res comica nō uult. Indignat̄ itē priuatis ac ꝓpe socco Dignis carminibꝫ narrari cœna Thyestæ. Singula quæq; locū teneāt sortita decenter. Cū sit diuersa nō causaꝝ mō inter seipsas cōditio: sed ī similis etiā partium cāis. Loco similis legēdū est singulis: & ꝓ causis causæ. hoc mō. Sed ī singulis ēt partiū causæ. Itaq; ne hoc qdem suaserim uni se alicui ꝓprie quē p oīa seq̄t adiicere. Per duplex d. addicere hocē mācipare legendū ēē facile ē uidere. Quæ tamen est pulcherrima cū seqtur. Tamē ꝑticula q̄ a sensu respuit̄ uidet̄ eradēda ac eius loco hoc aduerbiū tū ē reponendū: ut legatur. Quæ tū ē pulcherrima. e T hæc qdē auxilia extrīsecus adhibent̄. Quātū oratori cōferat stilus hoc est exercitatio scribendi: hoc loco aperte Fabius demōstrat. Quæ nascendi quoq; hāc fecerit legē: ut maiora aīalia diutius uisceribus parētum cōtinerētur. Hoc Plynius apte declarat de elephātis in. viii. loqns. Decē inqt ānis gesta rei ī utero uulgus existimat. Aristoteles biēnio: nec āplius q̄ singulos semel gignere. pluresq; uiuere ducentis annis & quosdā trecentis. & decio. Quo maius ē aīal tāto diutius foi

